



**Carolus Magnus redivivus, hoc est, Caroli Magni
Germanorum, Gallorum, Italorum, et aliarum gentium
monarchæ potentissimi, cum Henrico M. Gallorum &
Naurororum Rege florentissimo comparatio : vt
Regis historiam breuiter complectens, quam Regum &
Principum Speculum possis appellare**

<https://hdl.handle.net/1874/421061>

8.

CAROLVS MAGNVS
REDIVIVVS,
HOC EST,
CAROLI MAGNI GER-
MANORVM, GALLORVM,
ITALORVM, ET ALIARVM GENTIVM MONAR-
CHÆ potentissimi, cum HENRICO M. Gallorum & Na-
uarrorum Regis florentissimo comparatio; utriusq;
Regis historiam breuiter complectens, quam
Regum & Principum Speculum
possit appellare.

AVCTORE IO. GVIELMO STVCKIO TIGVRINO.



Ut pullos gallina suos fouet atque tuetur
Ne miluis siant preda cibisq; feris
Haud secus hostilem contrarabiemq; dolosq;
Rex Gallus Gallos protegit vsque suos.

M. D. X C I I.

CANONIZZAZIONE

CANONIZZAZIONE

MARIA DELLA CONSOLAZIONE

CON IL SANTO NOME DI JESUS

CON IL SANTO NOME DI MARIA

CON IL SANTO NOME DI JESUS

CON IL SANTO NOME DI MARIA

A

ILLVSTRISSIMO PRIN-
CIPI, FRIDERICO IV. COMITI
PALATINO RHENI, DVCI BAVARIAE, S. ROM.
Imperij Archidapifero, ac Principi Electori pri-
mario, Domino suo Clementissimo
S. D.

DVBIVM non est, Princeps & Elector il-
lustrissime, quin Celsitudo tua ex Io.
Casimiri Principis illustrissimi, gloriosæ
memoriæ, patrui ac quasi patris sui cha-
rissimi & obseruandissimi obitu acerbo
& immaturo ingentem meritò cum toto
Palatinatu, immo cum vniuersa Repub.
Christiana dolorem luctumq; hauserit: quem Deus pro im-
mensa & infinita sua bonitate S. sui Spiritus (qui quidem
optimus est & efficacissimus consolator) virtute atq; sola-
tuis lenire ac mitigare, luctumq; hunc vestrum atq; mæro-
rem gaudio atq; latitia compensare dignet. Etsi enim pre-
clare cum illo beateq; actum esse nemo est qui dubitet, qui
omnibus vitæ, seu militiæ potius huius nostræ (vt eam ve-
rissimè Iobus appellauit) ærumnosæ laboriosæq; miserijs,
molestijs atque periculis siue præsentibus siue futurijs liber
atq; solutus, cum Deo, cū Christo Immanuele nostro, cum
angelorum et electorū innumerabilii choro vitam viuit ve-
rè vitalem, immortalē ac beatam: tamen C. T. totaq; Res-
pub. Christiana alieno hoc periculo soq; tempore illo qua-
si patre patriæ fidelissimo, sapientissimo, fortissimoq; erba-
ta, maximo meritò in luctu & squalore versatur.

Verùm vt innumera alia vitæ huius incommoda atque

E P I S T O L A

damna vel publica, vel priuata: ita quoq; damnum, & iactu
ram hanc maximam vos nosq; omnes, voluntate acquie-
scentes diuina, æquis animis, ac moderate patienterq; ferre
oportet. Præter alia autem in hoc luctu C. T. consolari magno
perè atque recreare debet singularis admirabilisq; Dei pro-
uidentia atq; misericordia (cuius quidem ille in ipsa ira sua
nunquam omnino obliuiscitur) quod eo demum tempore
hunc heroicæ virtutis laudisque patrum suum (quo illa
ceu patre, tutore ac moderatore tenerè & ineuntis sive æta-
tis optimo fidelissimoq; vsa est) ad se ex his terris in cœle-
stes illas sedes atq; domicilia euocare voluit, quo C. T. ex-
tutela iuxta bullam auream & imperiale excedens, con-
firmataq; etate, corroboratoq; non parum iudicio, capax
iam administrationis huiusc muneris amplissimi esset.
Sic olim apud Romanos pueri ingenui ac nobiles, præ-
texta & bulla aurea deposita, exitu anni X VI. virilem æ-
tatem ingredientes togam virilem sumere solebant, que id-
circo & virilis, & quod albi coloris nulla admixta purpu-
ra esset, pura & deniq; quod libertatis erat initium, libera-
fuit dicta. Nemo secundum sapientissimorum quorumq;
sententiam bene alijs imperare potest, nisi qui prius bene a-
lijs paruerit. Quonia igitur C. T. adhuc ab ineunte ætate
cum patrui, benedictæ memoriae, tum aliorum virorum sa-
pientissimorum (inter quos Otho à Grunrad vir, vt fami-
lia eius nobilissimæ nomen sonat, consilio, sapientia, & a-
lijs virtutibus florentissimus numerari in primis nominari-
que debet) consilijs, præceptis atq; monitis saluberrimis o-
ptime paruit & obtemperauit: nō dubitamus quin illa post
hoc ad optimè fœlicissimeq; suis imperandum indies apta
magis & idonea sit futura. De hac igitur paterna, heredita-
ria, & quidem ampla, excelsa & sublimi dignitate Electo-
rali, quam C. T. ineunte hoc nouo anno, Deo auspice, sub-
ditis

ditis cunctis fauentibus, plaudentibus, Deoque supplicantibus, fœlicissime ausplicata est, cùm tota Repub. Christiana, verè atque ex animo gratulor, Deumque precor, vt diuturam ei vitæ huius ac valetudinis usuram impertiat, Sancti que sui spiritus donis atque muneribus ita augeat, vt populo curæ fideiçque suæ à Deo commisso atque concredito quam diutissime fœlicissimeçque præesse simul atque prodeesse possit. Quoniam autem parentes & maiores C. T. illustriss. ac eter na laude dignissimi, cùm erga patriam meam, tûm erga Reges Regnumque Gallicum optimè semper affecti & animati fuerunt, idçque nō verbis solùm, sed etiâ re ipsa atque factis egregie declararunt, & C. T. cùm auitæ virtutis, tûm singularis suæ erga Regem hunc Galliæ, qui nunc, Dei gratia, Regno illi preest, in proxima illa expeditione Germanica multa clara & illustria documenta dedit; idcirco hanc meā Carol. M. clarissimi olim Franciæ, Germaniæ, Galliæ, Italiae, & aliarū gentium Regis, & Imperatoris, & Henrici M. Galliæ & Na uarræ Regis florentissimi comparationem historicā, vt C. T. potissimum dedicarem et quasi consecrarem, in animum meum induxi. Spero etiâ omnino fore, vt quemadmodum C. T. non auo solùm & maioribus suis perpetua memoria laudeçque dignissimis, verùmetiâ huic ipsi Galliæ & Nauarre Regi, qui nunc rerū, Dei gratia, potitur, nominis affinitate est coniunctus (Henrici. n. i. v. & Frider. i. v. nomina augusta & honorifica, Regni, Imperij, fœlicitatis, pacis opūçque fausta omnia atque symbola, affinia sibi inuicē sunt & cognata) ita quoçque virtutibus, rebus gestis, bene imperandi scientia, fœlicitate denique ad utritusçque similitudinē quam proximè accedit. Etsi vero hec mea lucubratio, si res & personas, quæ in illa tractantur & explicantur, magnas & magnificas quis consyderet, magna merito & tanto Principe, qualis est C. T. dignissima videri possit; tamè si forma, modus, ratio atque

EPISTOLA NVNC V PATORIA.

stilus rudis & incultus, quo illa tractata à me & explicata
sunt, expendatur, fateor, & quidē liberè & ingenuè fateor,
tenue nimis & exiguum, ac amplitudine tua minus dignum
esse hoc meum opusculū. Quamobrem tantò magis C. T.
rogo, oro atq; obtestor, ut pro magnitudine & abundantia
bonitatis humanitatisq; sue, paruum et exiguum hoc meum o-
pusculum atq; munuscum, ex animo C. T. obseruantissi-
mo profectum, sereno vultu, & placido beneuoloq; animo
accipere, bonam in partē interpretari, & aduersus maligno-
rum quorumuis hominū morsus atq; calumnias patrocinio
suo fideliter tueri atq; defendere velit. Idem quoq; cupio simul
gratissimi mei erga C. T. de me meisq; optimè meritam, ani-
mi esse testimonium: in quo quidem suo erga me fratremq;
meum charissimū fauore atq; clemētia vt perseveret, & sibi
cōmendatos habere pergaat, demissè humiliterq; rogamus.

Deus Opt. Max. (ne diutius C. T. maximis & grauiissimis,
ab initio præsertim Administrationis huiuscē suae amplissi-
mæ, cogitationibus & occupationibus distentam, interpel-
lē) sancto suo spiritu ita regat atq; gubernet, ut non modò
Reip. sed etiam Ecclesię religionisq; Christianę & orthodo-
xę, in qua optimè educatus & institutus est, cultor, nutriti-
us, propugnator & propagator, cōtra oēs inferorū portas,
fortis, constans, diuturnus ac fœlix in hoc mundo esse pos-
sit, & post diuturnam, fœlicem, tranquillam & pacatam vi-
tam munerisq; cuius sui augustissimi perfunctionē in Chri-
sto & per Christum cœlestem, æternam & beatissimā illam
vitā consequatur, Amen. Tiguri Cal. Mar. quo mense C. T.
primum lucē hanc ante XVIII. annos aspergit, cuiusvsura fa-
xit Deus ut diu fruatur: anno Seruatoris nostri M. D. XCII.
quem annū gubernationis vestre primum, & multos adhuc
sequentes fœlices faustosq; C. T. à Deo seculorū omniū con-
ditore et moderatore immortali ac omnipotente precamur.

C. T. ADDIC TISSIMVS
IO. GYLIELMVS STVCKIVS.

HENRICVS VVOLPHIVS.

CAROLVS ecce tibi redinuum: pellege: dices.
HEINRICVS nunc est, CAROLVS ante fuit.

IN CL. V. D. IOAN. GVLIELMI STVCKII SPECVLVM REGVM.

D. GAB. GERB. IAMBICVM.

MINVTVS Heroas libellus maximos,
Pictos suis coloribus,
Proponit orbi, contuendos Regibus,
Instar Specilli, Stuckius.
Vt lineamenta oris in purissimo
Humana pellacent e vitro,
Sic pauculis in paginis his emicant
HEINRICVS, atq; CAROLVS.
Hos inter, ut lucet specillorum nitor,
Sic fulget auctor Stuckius.

DE CAROLO MAGNO REDIVI- VO, NOBILISS. CLARISSIMI Q. VIRI D. IO. Guilielmi Stuckij obseruandiss.

IOANNIS TURNOVI, ELEGIA.

REX HENRICE DEO Regum acceptissime Regi
Quis tua pro meritis sceptra referre potest?
Quis sacras justo comprehendet carmine laudes?
Quis memoret dextræ facta stupenda tuta?

Ipsa tibi cedit longè superata vetustas;

Palmis obscuras priscatrophæa novis.

Est tua nota polo virtus; est cognita terris;

Est pelago, stygijs est quoq; nota vadis.

Francigenum superas ô fortunate Monarchs,

Atque atavos Reges laudis honore præis.

Hinc merito gemini gestas diademata Regni,

Christicoliq; gregis nomen & omen habes.

Ante tuos vultus fugiuntq; eaduntq; Tyranni,

Porrigit & vietas gens inimica manus;

Conversiq; frequens mundi conventus ad aras

Effundit pro te vota precesq; D E O,

Dat populus, dat clarus eques, dat thura senatus;

BORBONIVM Regem compita cuncta sonant.

Historici, vatesq; tuum per secula nomen.

Transmittunt, paribus, disparibusq; modis.

Ante alios mealux, TIGVRINI fama Lycæi

STVCKI uS hoc tibi, Rex maximè, condit opus.

Quin etiam infantes tenero ridente labello

Incipiunt nomen laude sonare tuum.

Et majora manent, licet hæc sint maxima : de te

Credita vix mundo, sydera juncta parant.

Christigenis justum solus moderabere sceptrum,

Imperioq; premes climata cuncta tuo.

Vtq; fuit Regum latè Rex CAROLuS olim

Maximus, (à magno qui benè nomen habet.)

Maximus in tenebris, cheu Rex CAROLuS olim :

Sic luce in clara maximus unus eris.

Te duce, Rex Regum, sanctum reparabit ovile.

Disjectas coget, te duce, Pastor oves.

CHRISTE gregis tanti Pastor : reparator ovilis

CHRISTI adum Regis dirige, quæso manus.

Sis ô Rex Regum, Regi tu tamen amicum,

Et tua condenti Regna benignus ades.

CAROLVS

CAROLVS MAGNV^S REDIVIVVS IN CHRISTO. VIVAT, VALEAT, VINCAT.

MOS est apud nos vetus admodum & laudabilis, ve
quotannis die eo, qui Caroli Magni nomine est insi-
gnis (quo quidem die magnus ille Imperator ante an-
nos ferè D C C L X X X I. fato suo funditus est) oratio
anqua habeatur, qua officij nostri admoneamur. Id munera cūm mi-
hi publica auctoritate, cui eisdem deesse nolui, nec sanè debui, fuerit
impositum, operæ pretium, & loco, temporiq; huic consentaneum fore
putau, si de ipsis Caroli M. vita, moribus, virtutibus, rebusq; gestis
præclaris & eximijs (unde Magni cognomen est adeptus) in am-
plissimo ornatisimoq; cætu, pro ingenij mei tenuitate, verba facerem.
Nam quoniam aequum & iustum est eorum nos, qui de patria, de
Repub. Ecclesiaq; nostra bene fuerunt meriti, memoriam gratis ani-
mis colere, Caroli quoq; certè illius Magni memoriam gloriofissimam,
quam nulla vñquā tempora, nulla hominū delebit obliuio, nos meritò
gratissimus animis retinere ac prosequi decet, qui cūm de tota Repub.
Christiana, cūm de patria, schola Ecclesiaq; nostra optimè est meri-
tus, plurima & maxima in illam contulit beneficia. Quanto autem
tantus Imperator patriam nostram complexus sit amore, illud quoq;
argumento non est leui, quod illam inuisere, in illa aliquandiu com-
morari, atque ita præsentia sua illam decorare ac cohonestare voluit.
Deinde cūm maiores eius, collegium templumq; hoc nostrum au-
gustissimum ac magnificentissimum fundassent, maximuque priuile-
giis, munib; atq; donis dittassent, ille non modò hanc maiorum suo-
rum liberalitatem ac munificentiam tabulis atque diplomate confir-
mavit ac stabiliuit, verum etiam magno cumulo nouorum donario-
rum priuilegiorumq; auxit. Id quod factum est anno Imperij eius x.

B

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO;

Indict. XIII. Ut nihil dicam, quod filius quoque eius Ludouicus Pius
cognomine, & nepos, Ludouicus Germanicus cognomento, patrem
& auum suum imitati, patriam nostram maximo prosequitur
fuerunt fauore atque beneficentia, cuius rei testu est collegij atque
cænobij illius alterius fæminarum (quod Frauwenmünster vul-
go appellamus) institutio atque fundatio à Ludouico Germanico facta,
cuius donationis originalis illustre habemus diploma. Eius Cænobij
abbatissa prima fuit Hildegarde Ludouici Regis filia. Secunda Ber-
tha eius soror, Caroli Crassi Imperatoris Ro. soror, An. Do. D. CCCL.
Caroli M. proneptis. De Hildegarde epitaphium huiusmodi in cæ-
nobio S. Galli repertum est: X. K.L. Ian. Hildegarde virgo Christi
D. Ludouici Regis filia de hoc saeculo migravit ad Christum. Et hu-
mata est in Ecclesia S. Regulæ & Felicis martyrum Christi, in ca-
stro Thurego.

Hic iacet in tumulo Christi dignissima virgo.

Hildegarda, nitens moribus egregijs.

Hac fuit eximia Ludouici filia Regis,

Mentem sponte sua voverat illa Deo.

Bis denos octo vita compleuerat annos:

Migrans ad sponsum virga beata suum.

Aliorum eius posterorum & successorum, Regum clarissimorum simi-
lem benignitatem hic prætermitto, literis & annalibus nostris con-
gnata, cuius commemorationem longa foret atque prolixa.

Quoniam igitur & Carolus ipse Magnus, & eius cum maiores
& prædecessores, tum posteri & successores patriam nostram maximis
affecerunt, ornarunt sibiq; deuinxerunt beneficijs, quis non intelligit
iustitiae & aequitatiq; esse consentaneum, ipsi q; adeo iuri naturæ, ut tanti
Imperatoris honor faciam semper mentionem faciamus: atq; ita eius
virtutum rerumq; gestarum laude dignissimarum recordatione, cum
gratos nos, ut par est, erga illum præbeamus, tum ad eorum imita-
tionem

rationem extimulemur. Quoniam vero Henricus IIII. Rex Gallie &
 Navarre Christianissimus (pro cuius salute & incolumentate, cum
 qua patriæ nostræ salus & incolumentas omnino est coniuncta, assi-
 duas meritò ad Deum publicè priuatimq; preces atque vota fundi-
 mus) Caroli illius Magni & agnatus est quasi propago, & in Re-
 gno hoc Gallico sen Francico iustus legitimusq; haeres atque successor,
 & denique virtutum eius laudumque præstantissimarum strenuus
 est imitator, ita ut maxima sit inter verumque non solum generis,
 familie Regni, sed etiam viæ, morum, virtutum, actionumq; lauda-
 bilissimarum affinitas atque coniunctio, idcirco virtusque compara-
 tionem instituere, ac cuius ceu oculis spectandam proponere statui,
 cum aliorum, iùm Plutarchi philosophi & historici nobilissimi exem-
 pli ac imitatione, cuius in conferendis clarorum & illustrium vi-
 torum viis præclara, laudabilis, utilis fructuosaq; opera exiit. Hoc
 pando una, ut est in proverbio, fidelia duos dealbabimus parietes, hoc
 est grata memoria cum illi mortuo (seu ut verius loquar, non mor-
 tuo, sed vitam illam verè vitalem & immortalem viventi) cum huic
 viuo iustum debitumq; tribuemus honorem, iustum meritam, pro ma-
 ximiis veriusq; in nos nostramq; patriam meritis, referemus gratiam.
 Interim tamen in recolenda, benè de nobis meritorum hominum, siue
 viorum, siue mortuorum memoria, in ipsis hominibus ceu cau-
 sis secundis subsistere animis nostis atque hærente debemus, ne in
 superstitionem & idololatriam prolabamur (deos enim quos-
 dam, inquit Cicero, constat ex magnis beneficijs esse constitu-
 tos) sed potius mentes animosque nostros altius erigere, & ad
 Deum ipsum ceu causam & auctorem omnium bonorum beneficio-
 rumque primarium attollere debemus, ut ei potissimum omnia ab
 hominibus, ceu diuinæ beneficentie instrumentis, accepta & in nos
 collata siue publica, siue priuata beneficia, accepta referamus,
 eisque nos iùm pectore, iùm ore, cum opere gratos præbere studeamus.
 Ex hac porro viæ veriusque narratione simul & comparatione pul-
 cherrima, meo iudicio, saluberrimaq; & caducæ, fragilis ac ærumnosæ

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

huius vitæ benè fæliciterq; degendæ, & æternæ, immortalis ac beatissimæ illius vitæ consequendæ præcepta non politici solum & ciuilis, sed etiam ecclesiastici ordinis fortisq; homines haurire poterunt. Quoniam autem, sat scio, ut mæ mihimetipſi tenuitatis optimè conscius, hæc mea narratiuncula, cum rerum personarumq; quas tractandas suscepit, præstantissimarum dignitati atque splendori, cum acerrimo acutissimoq; iudicio, expectationiq; legentium nequaquam respondebit, idcirco quo quis hanc ipsam mæ lucubratione lecturos, tantò rebemen- tius rogo, oro atque obtestor, ut pro singulari cuiusvis humanitate, ea, quæ sum dicturus, & quis benevolisq; animis percipere, & bonam in partem interpretari velint.

Etsi verò multi sunt vel antiqui, vel recentes vitæ rerumq; gæ- starum Caroli Magni scriptores & historici (inter quos tamen non nulli multas nugas, neniae atque fabulas vanas & aniles, veris a- sperserunt) tamen palma, mea sententia, deferenda, fidesq; præcipue adhibenda est Eginharto Germano, antiquo, nobili claroq; scriptori, qui Caroli Magni non solum coœsus, sed etiam amicus, familiaris, minister, scriba seu Cancellarius, consiliorum denique actionumq; fere omnium conscius atque socius intimus & fideliſſimus extitit. Vnde ipse in p̄fatiuncula sua in hanc suam historiam: Mibi, inquit, conscius eram, nullum ea veracius, quam me scribere posse, quibus ipse interfui, quæq; præsens oculata, ut dicitur, fide cognoui. Pluris autem, ut verißime miles ille apud Plautum ait, est oculatus testis unus, quam auriti decem. Qui audiunt, audit a dicunt: qui vident, plane sciunt. Non desunt tamen nonnulli, qui hanc historiolam, quæ Egin- harto inscribitur, Albino seu Alcuino, quo præceptore, & studiorum morumq; suorum moderatore fideliſſimo Carolus Magnus usus est, ascrubunt.

Hunc itaque ipsum ceu oculatum fideque dignissimum testimoniū ac scriptorem, & narrationem simul, quam ille adhibet, ordinem atque seriem ceu temporis rationiq; maxime conuenientem, sequi certum est. Nam quoniam alij quoque, Caroli M. vitam et res gestas literis me- moriaq;

morię mandarunt, ut Robertus Gaguinus, Donatus Acciolus, Io-
Auentinus, Nauclerus, Crantius, Carolus Sigonius huius ipsius E-
ginharii (suppresso tamen plerunque eius nomine) breuem, planam,
perspicuam, & quod caput est, veracem historiam secuti sunt, idem
michi quoque in hac mea lucubratiuncula faciendum esse duxi. Si qua-
tamen alia præter ea, quæ Eginhartus scripto suo complexus est, in
alijs historicis occurrit, commemoratione si deque digna, quæque ad
propositum nostrum pertinere videbuntur, ea ex illis de prompta adj-
cere est animus.

Verum antequam vterius progediar, velim vnumquaque,
quod ipsum à re proposito nostro non erit alienum, mecum vna re-
cordari & in memoriam revocare, signum illud atq; prodigium diui-
num in æde sive basilica nostra maiore (quam gross münster vul-
go appellamus) anno LXXII. à Deo omnipotente editum. Huiusmo-
di enim signa, quibus Deus nobis quasi aures velicit, nosq; ad veram
salutaremq; pænitentiam inuitat & allicit, minimè profectò nos sur-
dis auribus præterire, eaq; negligere & aspernari, sed animis nostris
assiduè voluere atque reuoluere decet, quibus nimis ad veram se-
riamq; pænitentiam primo quoque tempore capessendam & agendam
impellamur. Duæ sunt, vti notū est, cum maiore illo nostro S. Felicis
& Regulæ templo coniunctæ à posteriore eius parte turres, quæ vna
cum ipso templo, ut annales nostri testantur, à Ruperto sive Ruprech-
to (quem Galli Robertum vocant) Alemannæ Duce, magistro equi-
tum sive Duce milium et cognato Ludouici Regis Francorum quem
alij IIII. alij IIIII. huius nominis esse volunt (nam de eo non planè
constat) extructæ sunt anno Do. & Servatoris nostri DCLXXX.
Hic enim vna cum Vigharto fratre suo Presbitero (qui Ludouico
Regi sanguinis communione fuerunt coniuncti) omnia prædia atque
bona sua, quæ illis ex paterna hæreditate obiigerant, Ludouici Regis
cognati sui permissione atque venia partiti, illa ad ecclesiasticum v-
sum contulerunt. At Rupertus quidem collegium atque templum hoc
nostrum S. Felicis & Regulæ, Vighartus autem Lucernæ ad Rusam

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

fl. in honorem S. Mauritiij & eius sociorum, nec non S. Leodegaris,
& omnium sanctorum cœnobium sive collegium (quod in Donationis
fusæ diplomate paruum iugurum vocat) fundarunt, & construi cura-
runt, ut etiam omnia bona & possessiones suas ad verius quæ conser-
uationem, & ad cultum diuinum ibi exercendum contulit.

1572
Porro nostri templi turris altera, quæ septentrionem montem-
que Tigurinum spectat, in cuius inferiore parte sive trunko est cam-
panile, & statua equitis equo insidentis visitur (quam verisimile
est Ruperti fundatoris etiam imaginem) anno LXXXII. secundo
die Maij (quo mense antiquitus quotannis Regij Francorum & Gal-
lorum conuentus agitari consueuerunt) postridie eius diei, quo Sy-
nodus Ecclesiast. ca fuit habita, sub vesperam fulmine tacta paula-
tim tota, cum ingenti totius ciuitatis nostræ tremore atque trepidati-
one, confligravit ad truncum usque ubi sunt campanæ, frustra stre-
nuit & foribus nonnullis viris intendum illud omni opera atque la-
bore suo non sine vita periculo extinguere conantibus. In cuspide
autem eiusdem turris Luna fuit coniuncta cum Stellâ inaurata, quæ
tandem in terram decidit. Cui iugur quæso dubium est, quin diui-
num illud fulmen, illud turris illius antiquissimæ incendium, & con-
flagratio, illa Lunæ atque stellæ ruina casu quæ (ut taceam de dome-
sticis & intestinis nostris malis, atque vulneribus, quorum illud simili-
liter fuit præsumptum) incendium illud Gallicum, quod eodem anno
paucis mensibus, die illo fatali sancti Bartholomæi accidit, hoc est,
diram, tristam, funestam, horrendam, crudelem, immanem, in-
auditam & inusitatam illam Parisinam & Gallicanam cum innu-
merabilium omnis status, ætatis, & ordinis hominum, cum plurimo-
rum quasi turrium, id est, fælicissimorum virorum lanienam atque
eadem prænunciarit?

Deinde illa Lunæ crescentis in turris culmine atque fastigio col-
locata (quæ cum Ecclesia, cum Reipub. modò crescentis, modò de-
crescentis in hoc mundo est symbolum) ruina atque casas quid a-
liud portendit, quam eiusdem Ecclesia & Reipub. Gallicana (qua
in ruso,

in tuto, pacato, tranquillo & florente statu videbatur esse constituta) subitum & quidem grauiissimum casum, qui ab occasu parum absuit: Nam ut Luna illa corniculata atque crescens subito de fastigio suo decidie, ita, prob dolor, Ecclesia & Ressub. Gallicana eo anno grauem passa est ruinam atque casum, & ex quieto, tranquillo & florente suo statu in extremam prolapso est miseriam.

Præterea stella illa inaurata, qua Luna crescenti affixa vna cum ipsa in terram decidit, quid obsecro aliud præsignificauit, quam tri-stem luctuosumque cum innumrabilium aliarum Regni & Ecclesiæ Gallicanæ stellarum atque luminum, id est, virorum omni virtutum genere refulgentium, tum verò atque in primis stellæ illius splendidissimæ, hoc est, illustrissimi & serenissimi illius tunc quidem Regis Navarræ, hodie per gratiam Dei Regis Galliæ & Navarræ casum tri-stem luctuosumq; prænuntiarit, qui vna cum agnato suo Principe Condæo, gloriose memoriae, subito ex nupciali illa sua festiuitate atq; latitia in extremum luctum, ex libertate in servitatem, ex florente statu in tragicam planè miseriam calamitatemq; incidit.

Hoc porrò incendium atq; fulmen Gallicum anni LXXII. multa alia fulmina atq; incendia dira ac funesta, id est, clades atq; calamiates luctuosissimas per XX. continuos annos fuerunt consecutæ, quibus mirum profecto est Regnum & Ecclesiam illam totam non confusa grasse, ac penitus absuntam esse. Quæ quidem illius sociæ, fœderatæ, nobisq; multis nominibus coniunctissima nationis incendia, id est, bella intestina nos quoq; attingunt: iuxta Vergiliani illud.

Nam tuares agitur paries cum proximus ardet.

Verum non est quod animus nostrus despondeamus, et omnē cum Gallorum sociorum & fratribus nostrorum, tum nostra salutis spem abijciamus, modò Deum veriq; matura penitentia placare studeamus, Deus enim, qui in ipsa ira atque furore suo misericordia sua semper recordatur, neque omnem illius memoriam abijcit, in illo ipso incendio & configuratione illius turris, gratiae & misericordiae sue, nostraq; salutis communis clara & illustria nobis signa atque documenta dedit.

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

Nam primò quemadmodum turris superior illa pars conflagravit, inferiore illius parte, sive trunko & fundamento manente salvo & in columni, & illa ipsa turris, conflagrata amplissimi nostri magistratus auctoritate atque munificentia ex cupro, cum antea fuisse lignea, pulcherrimè fuit instaurata & readificata, sic speramus Dei inspiratus summi & cœlestis illius nostri magistratus, freti clementia, deinde Regis virtute ac fortitudine, Regnum illud Gallicum in pristinum pacis dignitatem & statum restituum iri. Deinde ut luna illa crescens ecedidit quidem de suo fastigio in terram, minimè tamen fulmine ignique illo fuit consumpta, tandemque in pristinum suum locum fuit restituta, in quo illa adhuc stat, sic Rœpub. & Ecclesia Gallicana, et si horrendo illo XX. imo XXX. annorum incendio horrendum in modum devastata fuit ac deformata, tamen, Deo illam tuente ac deficiente, nequaquam adhuc, inuito Diabolo & omnibus eius satellitibus, excisa est & exterminata, quin Rœgem patremque nocta fortissimum & fidelissimum paulatim reædificatur, & in pristinum suum statum restituitur. Item ut stella quoque illa nostræ turris lunæ affixa decidit quidem vna cum luna in terram, nec tamen incendio illo conflagravit, sed tandem vna cum luna in turris culmine rursus fuit collocata: sic splendidißima et clarissima illa stella, hoc est, Rœg. Gallicæ atque Narræ, qui Rœpub. & Ecclesiæ Gallicanæ affixus planè est & additius animo, studio & cogitatione sua, de eius salute dies noctesque cogitans, et si grauem subiit atque per pessus est horribilemque casum, tamen mirifica, imo stupenda Dei potentia atque clemencia præter omnem spem expectationemque hominum, non solum pristinæ libertati saluti dignitatiique suæ, de qua alium planè esse videbatur, fuit restitutus, sed etiam ad supremum illud maiestatis potestatumque culmen, Deo proceribusque Regni id approbanibus, fuit elevatus. Atque hoc ipsum cui dubium quin stella illa noua, inusitata, miraculosa, quam Deus illo ipso anno in celo accendit, & quasi signum aliquod ad bene sperandum sustulit, fuerit significatum. Hoc uenit est sydus illud, quo anno M.D. XX. die mensis Martij III. repertum est in Hel-

VIVAT, VALEAT, VINCAT.

in Heluetia in Tauri montis biam, qui tam magnis imbris accidet, monumentum propheticum T. Sibyllæ repertum est, cuius hoc est initium. Orientur Sydus in Europa supra Iberos, ad magnam Septentrionis domum, cuius radij orbem terrarum illustrabunt, &c. Sudus illud viri docti & cordati interpretantur hunc ipsum Henricum M. Galliæ, quæ ad Septentrionem est Hispaniæ Regem, de quo Sibylla, unica tandem auti sanguinis propago. Huc accedit aliud signum eius temporis, quod ipsum quoque observatione est dignissimum, & nequaquam silentio prætermittendum. Nam altera turris, quæ meridiem spectat, montemque Albus, quam Roperius ille inchoatum reliquit, ei, quæ fulmine tacta conflagravit, contigua, cum singulari Dei benignitate, tum strenuorum & forium ciuium opera atque labore ab incendio illo omnino intacta & immunita permanxit. In illius inferiore quidem parte est Caroli M. (unde Caroli M. turris vulgo appellatur) sedentis in folio Regio, capite coronam auream, & manu una gladium semistrictum cum capulo aureo (quod signum est iustitiae) altera pomum aureum, cui crux infixa (quod cum pietatis, tum amoris, charitatis, pacis & concordia est symbolum) tenentis atque gestantis statua habitu regali visitur, in cuspide autem turris gallus statue gallinaceus, ventorum tempestatumque quasi index ac monstrator. Notum est autem vulgo, auem illam animalē esse prudens, sagax, prudidum, cautum, circumspectum (unde Iobus cap. 51. gallo inquit, quis dedit intelligentiam ?) laboriosum: item vigilans, imperiosum, pugnax, gallinarum & pullorum suorum amantissimum, unde prudentia, vigilancia, fortitudinis, quæcɔɔργιας deniq; & charitatis est symbolum, de cuius virtutibus multa præclarè Plinius lib. 10. ea. 21. differuit. Quemadmodum igitur & turris illa altera, & quæ in illa est Caroli M. statua, & gallus ille gallinaceus ab incendio fuit immunitus: Sic Deus pro admirabili sua gratia Regem hunc Gallia & Navarræ, qui est quasi turris quedam valida ac munita, qui est quasi alter Carolus M. de celo ad nos delapsus, qui denique & natione est Gallus, & quouis gallo gallinaceo prudenter, fortior,

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

bellicosior, subditorum suorum ceu gallinarum & pullorum suorum amantissimus, admirabili Dei consilio atque beneficio, quod omnes homines merito in admirationem, immo stuporem rapit, ex innumeris & infinitis fulguribus, flammis, facibus, ignibus, incendijs, id est, periculis maximis & praesentissimus saluus incolusque eus accepit, ad repandum nimis et restaurandum Regni Gallici statu à Deo reseruatus.

Nunc, ut ad rem propositum quod nostrum, unde digressus sum, redam, quædam in Eginhartii historia statim ab initio occurront, quæ, quoniam proposito huic nostro, & hodierno Regni rerumque Gallicarum statui atque conditioni, apta valde sunt & accommodata, nos quoque ab ijs potissimum exordiemur.

Primò igitur omnium docet, quæm viles & abiecta, quæm exanguis & eneuata familiæ Merouea seu Merouingia, ex qua Franci Reges sibi creare soliti erant, & ultimorum illius familiæ Regum status atque conditio fuerit, ita ut nihil ferè præter Regis nomen atque titulum, & inanem quandam dignitatū Regiæ speciem sine laruam habuerint. Nam ut omnia humana in deteriorius semper vergunt attingunt, donec tandem omnino corruant: ita Regia quoque illa familia Merouea à Meroueo filio Clodoueti II. (qui III. Rex Francorum numeratur) deducta ac denominata, cum multorum Regum fuisset seminarium, omnem ferè tandem ante occasum suum sub V. aut VI. plenissimis Regibus splendorem dignitatemque suam amisit. Nam quemadmodum in prima & aurea illa (unde etiam aureo capiti diuino oraculo comparatur) mundi monarchia Assyriaca, duæ fuerunt, que illam tenuerunt illique imperarunt, familiæ, nempe Ninja seu Niniuингia à Nino & Semiramide deducta, ex qua postremus monarcha fuit Sardanapalus, & Phulbelochia à Phulbelocco qui Sardanapalus, coniuratione aduersus illum facta, è medio sustulerat, denominata, ita (ut norunt omnes, qui vel primoribus labris historias Gallicas degollarunt) in Regno Francico seu Gallico tres familie nobilissimæ, nempe Merouingia à Meroueo, Carolouingia à Carolo M. vel (ut alij volunt) à Carolo Martello Caroli M. auo, & Capeuingia ab Hugone Capeto nomen originemque suam trahentes, & ex se inuicem pro-

Seminata ac propagata, perpetuò quodam & nunquam interrupto or-
 dine atque serie per annos mille (quod sanè admiratione est dignissi-
 mum) sibi inuicem in Regni huins possessione & administratione suc-
 cesserunt. Capeuingia autem familie dua fuerunt propagines, nempe
 gens Valegia & Borbonia, ex quibus, cum illa sit extinta, altera nunc
 optimo iure in Regno Gallico succedit: Statum porrò familie Me-
 rouingiae, & Regum ex illa ultimorum Eginhartus his verbis descri-
 bit. Iamdudum, inquit, gens illa nullius vigoris erat, nec quicquam
 in se clarum, præter inane Regis vocabulum præferebat: Nam &
 opes & potentia Regni penes palatijs præfectos, qui maiores domos
 (haussmeyer vel hofmeyer) dicebantur, & ad quos summa Im-
 perij pertinebat: neq; Regi aliud relinquebatur, quam ut Regio can-
 tum nomine contentus (ergo Rex erat nomine seu titulotenus) crine
 profuso, id est, prolixo, barbaq; submissa, (talis fuit antiquorum Fran-
 cie Regum habitus culcusq; corporis, unde à Clodio Comato seu Ca-
 pillato, Comati seu Capillati fuerunt appellati, & Capillitium insigne
 fuit Regium, de cuius iure multa extant in historijs) in solio resideret,
 ac speciem dominantis effingeret, legatos undecunq; venientes audi-
 ret, et q; ab euntibus responsa, quæ erat dodus, vel etiam iussus, ex sua
 velut potestate redderet, cum præter inutile Regis nomen, & preca-
 riū vita stipendium, quod ei præfctus aulae, pro ut videbatur (id est
 pro luhiu & arbitrio suo) exhibebat, nihil aliud proprij possideret,
 quam unam præparui reditus villam, in qua domum, ex qua famulos
 sibi necessaria ministrantes, atq; obsequiū exhibentes, paucā numero-
 sitatis habebat: Quocunq; eundem erat, carpento ibat, quod bobus iun-
 tis, & bubulco rustico more agente trahebatur: Sic ad palatium,
 sic ad publicum populi sui conuentum, qui annuāsim (mense sub
 Maio) ob Regni uileitatem celebrabatur, Rex, sic domum redire so-
 lebat. At Regni administrationem, & omnia, quæ vel domi, vel fo-
 ris agenda ac disponenda erant, præfctus aulae procurabat. Est
 autem, ut hoc obiter addam, carpentum vehiculi matronalis genus,
 à Carmente Euandi matre dictum, secundum illa Ouidij: Nam

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

prius Ausonias matrēs carpenta vēhebant, Hac quoque ab Euandri
dicta parente reor. Hinc Liuius: Matronis, inquit, concessum est
ut plaustro ad sacra ludosq; carpenis festo profestoque die vteren-
tur. Galli tamen olim ex carpenis depugnare soliti. Scipio quoque
Nasica Boijs deuictis in triumpho spolia Gallicis carpentis trans-
uerso scribitur. Hinc apud Gallos fabri lignarij Charpentiers, id est,
Carpentarij vocantur.

Eundem statum & conditionem Auentinus his verbis describit,
& quasi depingit, quæ quoniā ad superiorum confirmationem & ex-
planationem pertinent, subiçere libuit. Vnā cum Dagoberto (quem
Grimoaldus aula præfetus, Regnum effectans, sacerdotum rūtuon-
deri, sacrisque initiari curarat, & ad Scottos relegauerat) Imperij
Francorum maiestas corruit. Præfetti prætorio (quos Germani
Maro Salices, maiores domus, siue aulas, et duces Francorum nuncu-
pabant) Regnum trahere, rapere, lacerare atque omnem potentiam in-
se transferre, omnia munia negotiaque Regia domi forisque obire ce-
perunt. Reges otio torpescere, inane Regis nomen ferre, in umbra
& angulis delitescere, omnem atatem silentio, venationibus, volu-
ptatibus, transfigere cœperunt. A vulgi conspectu remoti, neminem
admittere, neminem audire, neminem cognoscere consueuerunt, pol-
lui Regem supplicis conspectu arbitrantes, quem Persicorum quoque
Regum olim morem fuisse legimus. Semel quoque anno leges illi vmb-
ratiles ad conuentum Regni solennem, mense Maio bobus vellus
aduentabat. Ibi data acceptaque salute, mox se latebris rursus ab-
debat. Pascebatur eius familia à Palatijs præfecto. Pertulerant
c. fermè annos huiusmodi Regum ignauiam atque socordiam Gal-
liae & Germanie populi. Hec Auentinus, hæc scribunt & testantur
etiam alij historicci.

Qualis autem gentis Merouingiæ sub ultimis eius Regibus, ta-
lis olim Niniuingiæ sub postremis Assyriæ Regibus status fuit at-
que conditio, ut antiquæ illorum temporum historiæ clarissimæ testan-
tur, quorum postremus Tonosconcoleros Assyriacè Sardanapalus
Græcè

Græcè dictus, prodigio & luxuriæ homo (vnde in prouerbium abiit, vt
homo mollis, effæminatus, vt voluptuarius Sardanapalus per Anto-
nomasham appelletur) miserrimè interiit. Sed quid opus est antiqua
recensere, annon idem quæso hac ipsa nostra ætate seu tempestate po-
tius in eodem Galliæ Regno, in familia Valeſia paulò ante eius occa-
ſum ſcimus accidiffe? *Vera her f. 27 b. Auct. qd*
Quis enim ignorat tres postremos familie Valeſie Reges, nimirum Francicum II. Carolum IX. Henricum III.
non tam re & potestate, quam nomine seu titulotenus Reges fuiffe,
matris & oligarcharum quorundam imperio potestatiq; ne dicam ty-
rannidi ſubiectos, qui ipſis ſimul totiq; Regno pro ſua voluntate ſeu li-
bidine potius imperarunt, cuncta domi fori q; pro ſuo arbitrio admi-
nistrarunt. Annon Regina mater corruptiſſimorum & flagitioliſſi-
morum quorumque vſa opera, filios ſuos in otio, in umbra, in ludis,
chores, libidinibus, amoribus quoque educari, atque ita mores illo-
rum corrumpi ac depravari curauit? Qua de re multi ſæpè proceres
ſapienſiſſimi & piſſimi, penes quos ſumma rerum potestas & admi-
nistratio eſſe debebat, grauiſſime ſunt conqueſti. At nihil mulieri illi
erat antiquius, gratius & iucundius, quam vt filij ſui remori ab omni
re negorioq; graui & ferio, ſibi totiq; Regno utili, iocis ſcurribus, lu-
dis obſcenis, otio, amoribus, delitijs, voluptatibus omne vita ſue tem-
pus transigerent, quò nimirum illa tantò facilius, maioriq; cum licen-
tia, cum amoribus & delicijs ſuis cuncta in Regno illo pro libidine ſua
mifcere, agitare ac turbare poſſet. Quemadmodum igitur olim, vt pau-
lò ante ex Eginharto & Auentino diximus, ſub poſtremis illis gentis
Merouæ Regibus, Regni rerumq; omnium potestas penes aula ſeu pa-
latij magistros erat, ita ſub tribus poſtremis iſis gentis Valeſia Re-
gibus omnis potestas parium penes Reginam matrem, parium oligar-
chias quodam extitit, qui cuncta pro ſuo gerentes arbitrio, trium po-
ſtremorum iſorum Regum ætate puerili atq; tenera, vita umbraiſili,
mollis, delicate & voluptuaria, illorumq; deniq; indulgentia, ſecurita-
te atq; ſocordia ad Regnum Gallicum non tam gubernandum, quam
perturbandum, ac tantum non euertendum impie nefarieq; abuſi fue-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

runt. Hinc tot taneq; lachrymae, hinc bellum istud intestinum, tam dirum, tam tetrum, tam funestum, tam pestiferum, tam denique diuturnum natum est, unde tot tantæq; clades & calamitates (quarum ne nunc quidem est finis) in totum illud Regnum redundarunt. Porro Childericus, siue Hildericus, siue (ut hodie nomen illud exprimimus) Huldricus nominis huius III. (nam duo ante illum huius nominis Francorum Reges fuerunt, ut vita & moribus corruptis, ita fortuna aduersa & calamitosa ei simillimi (Stupidus propter ingenij mentalis stuporem cognominatus, Utilonis Reguli Boiorum (qui Pipini sororem Hytrudam nomine in matrimonio habebat) & aliorum conspiratione, Zacharia & Stephani II. Papa Ro. ut Eginhartus & Auentinus, iussu & auctoritate miser, de Regio solio dignitate que sua perturbatus, captus, consus, vna cum Gisala Regina & coniuge sua à Thessalono, filio Utilonis Boiorum Reguli, in Boiariam abducens, in cœnobium S. Henneræ, quod est Reginoburgij, tanquam in carcерem & ergastulum perpetuum fuit detrusus. Gisala vero Regina & coniunx eius in cœnobium Cochliense ad lacum eiusdem nominis (Cochelsee) in superiori Boaria, sub radicibus alpiū sicut relegatur, ubi defuncta & humata esse dicitur. Id accidit anno Do. D. CCL. vel D. CCL. ut alij volunt. Anno à Merouie Imperio CCCII.

O infelicem, calamitosam luctuosamq; Childerici istius Regni fortunam, qui simul & Regno, & capillito (quod insigne erat Regium, quodq; Crotildis illa tanti fecerat, ut filii suis caput, quam capillos amputari maluerit) & libertate, & patria & coniuge deniq; sua priuatus magno cum dedecore atque ignominia in monasterium seu carcerem perpetuum atque exilium fuit relegatus. Nolo hic pluribus disputatione, quo iure, quaque iniuria hoc factum sit, Regnumq; Francicum à Childerico ad Pipinum fuerit translatum, id me sapientioribus, & iurium legumq; peritioribus dijudicandum relinquo. Hinc autem patet, Papas Ro. iam pridem Reges & Imperatores vel creandi & coronandi, vel deponendi & Regia sua dignitate priuandi, Regna deniq; & Imperia ab una gente ad aliam transferendi ius potestatemq; sibi arrogasse

arrogaſſe & vſurpaſſe. Hic iure igitur mihi cum poēta illo Lig, ex-
elamare & interrogare poſſe videor:

Num Petrus, num Clemens, num catēra turba priorum
Sceptra Latina dabat?

Etsi verò Rex ille hanc pœnam & calamitatem vitijs atq; peccatis
fuis (si vera ſunt, quæ historici de illo tradunt) promeruerat, tamen &
Papa Ro. & Burchardus primus Virezburgenſis ſeu Herbiplen-
ſis Epifcopus, qui vnā cum Volhardo Pipini Archicapellano à Pi-
pino Romam ad Zachariam Pontif. Ro. missus fuit, & Bonifacius
Archiepifcopus Moguntinus, à quo in Sueſſionum ciuitatem inaugu-
ratus fuit, & Vito Pipini affinis, & Pipinus ipſe, qui in eius locū ſuffe-
ctus eſt, vir aliās virtutibus præclarus, & reliqui conſpirationis huic
aduersus illum initia ſocij, calamitatuq; auctores, non omnino viden-
tur eſſe excufandi.

Sed omissa longiore hac de re diſputatione, videamus rurſus, quan-
t' inter Huldrici III. ultimi gentis Merouingiæ (vt nōnulli volunt)
& Henrici III. ultimi gentis Valeſiae Regis tempora atq; fortunam
ſimiliudo. Quis enim eſt tam in Gallia hoffes, hoc eſt, rerū Gal-
licarum tam rudis et impericus, qui neſciat parum abfuſſe, quin quod
olim Hilderico illi III. acciderat, Henrico quoq; III. accidiffet, hoc
eſt, vt ipſe quoq; de ſolio ſuo Regali deiectus in monaſterium aliquod
abfuſſet detruſus, niſi fraudem hanc atq; vim, quæ ei intentabatur, par-
tim fraude vulpina, partim vi leonina præuenire atq; repellere in ani-
mum ſuum induxit. Nam primò quidem pro calliditate & aſtu-
tia, quiduis ſimulandi diſimulandue more ac conſuetudine ſua, ani-
maduerſiſtis hostium ſuorum conſilijs atq; inſidijs, conſumpto babitu
monaſtico ceu pelle vulpina, Regni gubernacula ſe deponere, & aliis
tradere pelle ſimulauit, hoſtium nimirum ſuorum dolos fraudeſq; hoc
pacto eludendi, & cum illis ceu vulpibus, vt eſt in prouerbio, vulpi-
nandi gratia, ſequitus poēta illius iudicium atque conſilium hoc di-
ſiſcio expreſſum:

Iudice me, fraude eſt confeſſa repellere fraudem,
Armaq; in armatos ſumere iura iubent.

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

Itaq; tandem commodam noctis occasionem , pellem assumpit leoni-
nam , & iniurias partim sibi iam antea illatas , partim inferendas ,
quaq; ei parabantur , viriliter vltus es; ac repulit.

Verum ne sic quidem hostiū suorū vim infidiasq; effugere potuit , sed
quemadmodū Hildericus seu Huldricus ille III , ex monarcha factus
monachus simul & Regno , & libertate , & coniuge , & patria sua fuit
privatus ; ita Henricus III , à monacho (ò facinus stupendum , horren-
dum , ingens) à monacho inquam (quod hominum genus Rex ille sem-
per vince amarat , souerat , magno in precio et honore , familiarissimū
deniq; habuerat) crudelissimè fuit interemperus : nec Regia tanium di-
gnitate , sed ipsa vita fuit spoliatus , familia simul eius nobilissima &
antiquissima delecta penitus & extincta .

Apparet igitur ex his omnibus , quām propè rerum Gallicarum ,
sub tribus vltimis ex gente Valesia Regibus statutis , accedat ad anti-
quum illum Regni Francici & Gallici sub vltimis illis gentis Mer-
uea Regibus statutis , à quo Eginhartus historiam suam exordit .
His igitur præmissis , quæ viam quodammodo aditumq; ad sequentia
muniunt , nunc ad ipsam Regis vtriusque comparationem aggrediar ,
ex qua patet . Magni nomen honorificum & augustum non Carolo
tanum illi antiquissimo & clarissimo Gallorum , & Germanorum
Regi ac Imperatori , verum etiam Henrico III . Gallorum , & Na-
uarorum Regi (qui hodie floret) Christianissimo , optimè conuenire , ac
proinde ei quoq; meritò esse tribuendum .

Vnde autem potius exordiar , quām ab ipso ritæ vtriusque ortu ,
hoc es; , natalibus seu nativitate , quæ quidem parentes , maiores , ge-
nus , tempus locumq; natalem complectitur . Quod igitur ad parentes
& maiores vtriusq; clarissimos attinet : Caroli quidem M. pater fuit
Pipinus . Brevis seu Pusillus cognomento , forsitan dictus ob brevem
seu pusillam corporis staturam , & ad differentiam Pipini Crux , qui
Pipini huius avus , Caroli Magni proavus fuit . Eeti autem brevis ille
fuit & pusillus corpore , tamen animo , virtutibus , rebusq; gestis ma-
gnus fuit , nec brevis , sed longa ; immò perpetua es; eius virtutum re-
rum q;

rumq; gestarum gloria, cuius praecones sunt omnes historici. Patriae etenim & vniuersae Reipub. Christianae strenuam ac fidelem operam auauit, illamq; à mulcarum barbararum gentium vi, impetu & incursionibus fortissime fidelissimeq; est tutatus.

Hic ab initio aulae prefellus fuit, quem magistratum illum (qui cum tempori regiae dignitatis, auctoritatis, potestatisq; vim obtinebat) à patre, auo & maioribus suis hereditario iure ad se deuolutum, primò communiter cum fratre suo Carolomanno, deinde, postquam ille monasticae vitae se addixit, solus magna cum laude gesit. Tandem verò Hilderico Rege per auctoritatem Pontificis Ro. deposito, ipse eiusdem Pontificis auctoritate atque opera, ob egregia in ciuitatem Ecclesiam. Ro. merita, ex praefecto palati factus est Rex Gallie. Hic, antequam vltius progrederi, quari merito potest, recte ne Pipinus fecerit, vir alijs virtutibus rebusq; gestis clarissimus, quod Childericum legitimum suum Regem, Dominum ac Magistratum de legitimo illo suo Regno atque dominio deturbari, & ad monasticam seruitutem redigi, seq; in eius locum sublimari, & ad regiam illam dignitatem, prouehi est passus, quod quidem ego me doctoribus & iuriis legumq; peritioribus, dijudicandum relinquo.

Quod si quis dixerit, Papæ iussu & auctoritate (vt Eginhartus libere facetur) id factum, & idcirco id iure factum videri. Responderi merito potest, nihil Papis & Pontificibus Ro. esse in Regna & Imperia ciuilia, praesertim verò in Regnum Gallicum seu Francicum omnium ferè totius orbis terrarum Regnum liberimum, iure vel diuino vel humano, iuris ac potestatis. At dicat alius Pipinus Hilderico Rege sapientia ac virtutibus longè fuit præstantior, ac proinde Regno illo dignior eiq; virilior. Id si verum est, ergò continuò quiuis confiliarius, praefellus, officiarius, qui vel suo vel aliorum iudicio, Regi ac Magistrati suo summo sapientia & alijs virtutibus præstabit, Regnum & Imperium inuadere, si se intrudere, id accipere, & legitimis suo Domino eripere poterit. Quanta per Deum, hinc confusio, rerumq; perturbatio consequeretur?

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

Dixerit etiam non nemo benè feliciterq; hoc ei posterisq; illius successit, ergò benè fecit. Respondere possum cum poëta illo,

Careat successibus opto,

Quisquis ab eventu facta notanda putat.

Quibus verbis docet, & quidem verè recteq; docet nobiles ille poëta, facta quævis ipso iure atq; lege, non autem successu atq; euenu, siue secundo siue aduerso notanda, hoc est, estimanda, & vel probanda vel improbanda esse. Et enim iniquum, inquit Plinius, sed vsu vulgo receptum, quod honesta consilia, vel turpia, pro ut male aut prosperè credunt, ita aut probantur vel reprehenduntur. His addit quod post Caroli M. obitum inter filios eius atq; posteros horrenda miserandaq; exerciterunt bella incestina, quibus sapientes nonnulli & cordati viri voleunt Deum, qui, ut in Decalogo scriptum est, parentum peccata in tertiam & quartam generationem puniunt, hanc Pipini Brevis in suum Regem atq; Dominum perfidiam punivisse.

At dicat alius, Pipinus vir fuit bonus atq; probus, & aequitatis iustitiaq; amans, non ergo regale hoc munus ambijset, vel sibi oblatum receperisset, nisi id iudicasset aequitati & iustitiæ esse consentaneum. Respondet legibus, non exemplis viuendum est. Pipinus fuit homo, & homines affectibus in transuersum raptos, turpiter grauiterq; saepem merò peccant ac labuntur. Hinc verò (nam aliorum & a thūata nostra debent esse uadūata) Reges, Imperatores ac Principes documentum capiant veile ac salutare, ut nimirum non ipsi otio atq; desidia, securitati & socordia, venationibus, ludis, libidinibus ac voluptatibus indulgent, omnem rerum politicarum & Ecclesiasticarum curam, administrationem potestatemq; alijs temerè permitteant, ne idem illis, quod & Hilderico in Regno Francico, & Sardanapalo olim in prima illa monarchia Aßyriaca, & deniq; plurimis alijs accidit, ystueniat, nempe ut ipsi quidem in extreum adducti contemptum, ex Domini sunt serui, & ij, qui antea illorum fuerunt serui, eorum evadant Domini, & cum ipsis, cum illorum hæredes ad perpetuam servitatem redigant.

Pipinna

Pipinus autem cum XV. annos, aut, ut alij volunt, XVIII. Francis impasse, finito bello Aquitanico, quod contra Vaifarium Aquitaniae Ducem suscepimus, per continuos i. X. annos gesserat, apud Parisios morbo aquæ intercurvis diem suum obiit an. D. CCC. LXVIII. VIII. Cal. Octobris, id est, die XXIV. Sepcib. in cœnobio Dionysiano sepultus, superstitibus et filiis Carolo M. & Carolomanno, ad quos successio Regni diuino nutu peruerenerat. Hic etiam, antequam a Pipino Breui discedam, non esse tacendum, quod eius sobrinus fuit Theodoricus Saxon, qui Comes Andegauensis, & Hugonis Capeti abbas fuit, anno D. CCC. XL. gener Vittekindi Magni Ducis Saxonum. Theodorici autem illius Saxonis filius fuit Robertus Fortis, anno D. CCC. LXVI. Iudas quoque Machabeus, scilicet ob heroicam fortitudinem cognominatus, qui Hugonis Capeti proanus in eadem cum Carolo Magno linea ponitur. Roberti autem Fortis filius fuit Robertus, anno D. CCCC. XII. Roberti filius fuit Hugo Magnus, anno D. CCCC. LVII. Huius denique filius fuit Hugo Capetus Rex Gallie Valisiorum atque Borboniorum genarcha. Haec addere volui, quod inde constat, Henricum M. Caroli M. esse agnatum seu gentilem.

Henrici Magni pater fuit Antonius Bourbonius Rex Navarræ cum singulari bonitate, & alijs virtutibus, cum fortitudine rebusque fortiter gestis clarus, qui Henr. II. in Piccardia legatus, anno XLII. in Septentrionalis Belgicæ parte Terauhanensem arcem nobilissimam ac munitissimam cepit, & solo aquaruit. Flandros vnam cum Comite Reutio, eorum Ducloro, fudit ac fugavit. Eilerium oppidulum, aliaque castella in Artesiensibus cepit; multaque alia, bellicæ virtutis ac fortitudinis specimina edidit. Postea abdicata Pictardia, Aquitaniae gubernator factus es, anno M. D. LIII. Octob. XXI. die. Tandem anno LX. sub nomine primi Principis, Regis & fratrum Augustini morum, atque a deo totius Regni cura & administratio (quam Regentia vulgo vocatur) ut proximo agnato in celeberrimo Regni ordinum conueniu ei delata est, atque ita totius Regni consensu, auctoritate & decreto apud omnes Francos prærogatiua primi Principis habuit,

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

vnde liquidò constat, ad Henricum M. eius filium primogenitum ius Regni pertinere. Tandem bello hoc intestino in obsidione & oppugnazione Rotomagensi globulo tormentario ictus, anno M. D. L X I I . die 17. Nouemb. fato suo funitus est.

Carol. M. mater fuit Bertha nomine, quam Eginhartus Berthradum vocat (quidam Vuerthrudam appellant) Heraclij, ut nonnulli volunt Imperatoris Constantinop. filia, fœmina eximijs virtutibus ornata, quæ in extrema senectute mortua est, quam Carolus M. ad finem usq; eius vitæ , pro pietate sua, constanti & quidem singulari amore, honore & obseruantia coluit. Henrici M. mater fuit cum generis, cum virtutis claritate atq; præstantia illa nihilo inferior, nec nomine tantum, sed etiā recipsa Ioanna, hoc est, gratiosa, S. Spiritus gratijs, donis atq; muneribus præclaris cumulata & abundans, Henrici Albrecht Regis Nauarræ (qui Ioannis Albrecht filius fuit) filia unica, regniq; Nauarreni hæres, Francisci I. Regis Francorū ex sorore Margareta nepuis, mulier seu virago potius & heroina religiosa ac sapiens, quæ vt filium hunc suum unicum amavit, & pro materna sua charitate piè sancte q; educavit atq; instituit, ita ille viciissim ei omnia iusta debitaq; amoris & obseruantia officia, quæ à grato pioq; filio proficiunt, ad vitæ usque finem plenè cumulateq; præstisit.

Carol. M. avus fuit Carolus Martellus Princeps & Dux Francorum, cuius præstantissimæ virtutes resq; gestæ ab omnibus historiis decantantur, & ad cœlum usq; maximus laudibus efferuntur. Verè fuit Martellus (quæ vox lingua Gallica seu Francica sonat mallem, sine pistillum, & fistucam) hoc est, flagellum, domitor atq; viator quorumvis immanissimorum patriæ & Ecclesiæ hostium. Is namq; ceterus tyrannomastix seu potius tyrannoctonus, tyrannos per totam Hispaniam dominatum sibi vendicantes oppressit, & Saracenos ex Franciam dominatum sibi vendicantes oppressit, & Saracenos ex Hispania eruptionibus crebris Galliam occupare tentantes (quod idem hodie quoq; fieri videmus) duobus magnis prælijs, uno in Aquitania apud Pictauum ciuitatem, altero iuxta Narbonam apud Byrram seu Byrram fluum deuicit atque prostravit, & in Hispaniam redire

redire compulit. Hic etiam cœnobium illud re & nomine opulentum Augiæ Insulæ (Rychennouw) in Turgania sicut extruxit ac fundauit, eiusque primum abbatem creauit Pirmirium eremitanum, qui ex Gallia illas in oras anno D C C X X I I I I . venerat. Magistratum itaque illum, id est, aulæ præfecturam, sibi à patre & maioribus suis relictum atque commissum egregiè administrauit, qui quidem honor, ut Eginhartus noster testatur, non alijs à populo dari consueuerat, quam ijs, qui ex claritate generis, & opum ampliudine cæteris antecellerent, qui que Reges necessitudine aliqua attin- gerent: Franciæ præfuit annis X X V I I . mortuus anno D C C X L I . Consobrinus eius fuit Hildebrandus, seu Lambertus. Henrici M. avus fuit Carolus Dux Vendocinus, Par Franciæ, Piccardie gubernator: qui Franciæ Alenconiam Renatis Ducis Alenconij filiam anno M. D. X I I I . in uxorem duxit, quæ nuptiæ Castelloduni fue- runt celebratae, obiit anno M. D. X X X V I I . Is præfuit Regio Con- silio, quo res Galliæ administrabantur, tum quando Franciscus I. Rex capteinus in Hispania detinebatur: & eius prudentia et fidelitate Re- gnum Galliæ fuisse tunc conseruatum, testatur Bellaius, qui tempori- bus illis floruit. Huius Ducis Vendocini soror Antonia Borbonia nupsit Claudio Lotharingico, Guisij & Aumalij Comiti (unde Gui- sj cæteri descenderunt) quæ nuptiæ anno N. D. X I I I . Lutetia Pa- risorum fuerunt celebratae. Hunc ipsum Carolum Borbonium (quod bīc silentio præterire non possum) Ludouicus X I . Rex Galliæ vna cum Longuillano Prorege Aquitaniæ cum valido exercitu auxilio misit Ioanni Regi Nauarræ Henrici M. proavo materno: ad eam Regni Nauarreni partem, quam Ferdinandus V. Rex Arragonie, Pontificia excommunicationis prætextu, vi atque iniuria occupau- rat, recuperandam. Atque ita mira Dei prouidentia Henrici M. a- nus paternus, eiusdem proavo materno Regis Galliarum ius suopem auxiliumque tulit.

*Ex hoc autem avi atque aviæ eius fælici & auspicio matrimo-
nio nati sunt, filij nempe Antonius primogenitus, Henrici M. pater:*

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

Franciscus Angiani Comes secundogenitus, cuius ductu & auspicijs
memorabilis illa ad Serzollam victoria parta est, qui sine liberis o-
bige: Carolus tertigenitus, Cardinalis Borbonius, & Archiepisco-
pus Rotomagensis Henrici M. patruus: Ioannes quintogenitus, &
Ludouicus Princeps Condæus, fortissimus heros, patriæq; propugna-
tor, anno M. D. L X I X . X I I I . Martij ad Irnacum fortiter pu-
gnans, primum captus, deinde contra datam fidem occisus, i. v. posse
se reliquit filios. Hi sunt Henricus Princeps Condæus primogeni-
tus (qui veneno impiè nefarieque sublatus est è medio, relitto filio
posthumo) Franciscus Princeps Contiacus, Carolus Cardinalis Vin-
docius, & Carolus Suefforum Comes: qui i. i. posteriores nunc o-
mnis fortissimè pro Henrico M. ac rotius patriæ salute pugnant,
quibus Deus contra hostium suorum vim atque infidias prudentia, &
simul diuturnam valetudinis vitæque vxoram largiatur. Et hæc de
Henrico M. aucto, & aui simul filijs ac nepotibus.

Proaups Caroli M. fuit Pipinus Crassus cognomento, sic forsitan
ob corporis habitum dictus, qui etiam Heristilius fuit cognominatus.
Is Palati magister Theodorici Regis an. Do. CC X I I I I . magistra-
cum illum summum & quasiregalem benè, fideliter sapienterq; admi-
nistrauit. Vxorem eius nonnulli Adelheidam vocant, alij Pluthra-
dam Grimoldi Reguli Boiorum filiam.

Henrici autem M. proaups fuit Franciscus Comes Vendocinus,
qui in matrimonio habuit Mariam Luxemburgiam Ludouici Fran-
ciae Concessibili filiam, vel ut alij volunt, neptim rebus gestis flo-
rentissimus.

Abaus Caroli M. fuit Ansegisus S. Arnolphi filius, Clodouii
II. Regis Francorum Palati magister, praefectus limites Ancori-
ensis, qui Beggam sororem Grimoldi superioris, filiam Pipini, so-
rem iridem Dinæ Gariodradae, vxorem duxit, aulæq; orientali prefe-
Elus & ducatu Brabantino à Rege Francorum donatus fuit. Eius
frater fuit S. Ludolphus Dux Mosellanus, cuius vxor fuit Maria
Frantica.

Francica. Is tandem in bello cum Venetis fortiter pro patria pugnans occubuit.

Henrici autem M. abauus fuit Ioannes Borbonius Comes Vendocinus, Princeps, virorum rerumq; gestarum gloria, florentissimus. Fuit enim unus ex herorum illorum numero, qui sub Carolo VII. patriæ protectores, & Anglorum flagella fuerunt appellati. Eripuit ex Anglorum manibus Fronsacum, uxorem habuit Isabellam de Bellaualle.

Caroli M. atauius anno Do. XXLI. fuit S. Arnulphus, nimirum propter vitæ morumque sanctitatem singularem sic dictus, ut etiam Ludouicus XI. Dux fuit Mosellanus, Lotharij II. Regis Francorum aulæ magister, communis stipes, ut iurisconsulci loquuntur, siue Genarcha Carolingiorum & Capetiorum, ut S. Ludouicus communis est Valefiorum & Borboniorum stipes. S. Arnolphi vxor fuit Doda Saxonica soror Ita. Tandem deposito munere politico, ecclesiasticum vitæ genus amplexus, factus est Mediomatricum seu Mensis Episcopus.

Henrici autem M. atauius non minoris gloriae atque laudis fuit Ludouicus Borbonius, Comes Vendocinus, qui supremus fuit Francia magister, quem reveres aulæ prefectum, & Comitem Palatinum vocabant. Is cum fuisset gubernator prouinciae Syluanensis, interfuit sanguinolenta illi pugna Azincurtiana anno M. CCCC XV. Imperante Carolo VI. in qua una cum alijs Principibus captus fuit ab Anglis. Deinde egregiam fortemq; operam Carolo VI. contra Anglos & Burgundos nauauit anno M. CCCC XXVII. Comitatus enim est Ioannam illam Aream virginem Lotharingam, & pro sua viro patriam tutatus est. Anglos inde maximis laboribus atque periculis conatus eisceret. Vxor eius fuit Joanna Lauallenfis, ipse obiit anno M. CCC XLVI.

Porro S. Arnolphi (qui Caroli Magni atauius, & communis Carolinorum & Capetiorum, ut S. Ludouicus Valefiorum & Borboniorum stipes fuit atque genarcha) Auentinus historicus subiun-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

git in linea ascenden^e Arnulphum Caroli M. tritauum, Asopereum
eritai patrem, Hugobertum eritai auum, denique Vtilonem Bo-
iorum Regulum eritai eius proauum. Atque ita Caroli Magnige-
nus ille deducit à Bauaria Principibus, ita ut Vtilo Theodonis
M. Reguli Boiorum frater, limiti inferioris Germania inter Scal-
dim, Mosam, Rhenamque fluios & Oceanum aduersus Danorum
vrim & impetus à Theodorico I. Rege Francorum p^raefectus, & Sa-
trapa Antorstenis appellatus, secundum illius historiam, ex Theo-
dorici Franci filia Hugobertum, Hugobertus Asopertum, Asopertus
ex Plutylda filia Lotharij Regis Francorum Arnulphum, Arnul-
phus eiusdem nominis Arnulphum Sanctum seu Diuum cognomine,
(qui relicta Rep. Mediomaticum Episcopus creatus est) S. Arnul-
phus Ansegisum, Ansegisus ex Begga filia Pipini Superioris, Pi-
pinum inferiorem Crassum cognomine, Pipinus Crassus Carolum
Marcellum, Carolus Marcellus Pipinum Breuem, Pipinus denique
Breuis Carolum M. genuerit. Hodie quoque Dei beneficio, reperiun-
tur aliquot Caroli Marcelli, hoc est, heroicæ virtutis principes, qui
in tyrannis quibusvis cùm externis cùm internis Galliam opprimere
& in suam potestatem redigere conantibus, domandis, fidelem & feli-
cem Regi patriæque suæ operam nauant. Verum de hac Caroli M.
genealogia, quam à Boaria Principibus deducit, Auentinus se dubi-
tare confiteetur, & idcirco illam lectoris iudicio relinquere. Alij verò
genealogiarum Francicarum studiosi ac periti, Carolum M. non Ba-
uarum, sed Francum genere atque familia suisse contendunt atque
Francorum Reges referunt, quemadmodum ex tabulis genealogicis
Regum Franciæ appareret. In illis enim S. Arnolphus communis si-
pes Carolinorum & Capetiorum in recta linea descendente masculi-
na, à Dagoberto est duodecimus, à Pharamundo septimus hoc ordine,
qui sequitur. Nam post S. Arnolphum in linea ascenden^e, ponitur
Arnoldus, post Arnoldum Ansbertus, post Ansbertum Albertus,
post Albertum Albericus, post Albericum Clodius Comatus, post
à Car-

Clodium Comatum Pharamundus, post Pharamundum Marcomius Magnus, post Marcomium M. Clodius, post Clodium Dagobertus, post Dagobertum Genobaldus, post Genobaldum Dagobertus I.

Quod ad Henricum M. attinet, illius, ut ex historijs liquidissime constat, tritaus fuit Ioannes Borbonius, Marchia Comes. Tritau pater fuit Jacobus Borbonius, Marchia Comes, Ludouici Dux Borbonij filius minor natu, Franciae equitum magister, qui vna cum Petro Borbonio Duce in nobili illo prælio Pictaviensi anno M. CCCCLVI. (in quo Ioannes Rex cum fratre Philippo captus est) pro patria fortiter pugnans occubuit. Tritau auus fuit Ludouicus primus Dux Borbonius, Par & Camerarius Franciae, Magnus cognominatus. Tritau proaus Henricus M. Robertus Franciscus Comes Clarmontij & Charlesij, Ludouici S. ex Margarita filia Comitis Provincie Reimundi filius, genarcha lineæ & stirpis Borbonia, ut frater eius Philippus III. Audax cognomine, maior natu stirpis & familie Valesie. Tritau at auus Ludouicus XI. Sanctus cognomine. Tritau tritaus Ludouicus Rex, Ludouici Sancti pater, &c.

Ut igitur Caroli M. genus (sive illud à Boiarie Principibus, sive, quod doctissimis quibusque & rerum Francicarum peritiissimis magis placet, à Merouæis & Francis ducatur) est antiquum claram, nobile, planeque Regium: ita Henrici Magni genus cum paternum, tunc etiam maternum vetere est, clarum & illustre. Nam virumque vere Regium, Regum Franciae antiquissimum & primorum propago, à Carolo M. imò ab ipso Merouæo, sive Pharamundo primis illis Franciae Regibus ortum & deriuatum. Una est enim Regum omnium Franciae communis gens & quasi arbor, sed gentes & arboris huic tres sunt familiae & quasi rami, qui tamen omnes sunt gentiles, agnati, syngenei, vnius eiusdemque gentis, originis & quasi radicis masculinae ab uno eodemque stipite descendentes. Sic igitur & Claudius Capillatus, sive Comatus, sive Merouæus communis est, ut iuris consulti loquuntur, stipes & genarcha Merouæorum, Ca-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

rolinorum & Capetiorum, S. Arnolphus communis est stipes & ge-
narcha Carolinorum & Capetiorum, denique Hugo Capetus aut eo-
propior S. Ludouicus communis est stipes Valeborum & Borboniorum.
Atque hæc quidem ipsa Henrici M. familia atque genealogia veru-
sta, clara, illustris, Regalis, à non paucis antiquitatum historiæ
rumque Gallicarum, seu Francicarum indagatoribus diligenter
accuratè rereque descripta, eius in hoc Regno Francico, seu Gallico,
grumpantur velilia omnibus eius hostibus, malevolis ac inuidis) hære-
ditarie, instæ legitimaq; successoris firma est solidaq; demonstratio.

Nunc ut ad locum tempusq; veriusq; natale veniamus, natus &
in hac lucem editus est Carolus M. (sicut fama constantissima, &
antiquis, more patrio, celebratur carminibus, teste Auentino) in ea
arce, quæ inde Carolobergomum, hoc est. Caroli mons (Carsburg) di-
citur: quæ arx est superioris Boiarie supra Monachiam (Mün-
chen) quindecim millia passuum, propter Verrem Vindelicorum la-
cum (Würmsee) maximum, ubi eiusdem nominis fluuius effunditur.
Est autem tota illa Boiarie superiori regio amœnissima, venationi-
bus, aucupijs & pescationibus felicissima, quæ omnis generis pisces
alit lautissimos ac nobilissimos. Eius incole etiamnum hodie Regiam
superiorem veluti in cunabula tanti Imperatoris monstrare ac tan-
tum non venerari consueverunt. Quidam tamen Angilamis (Ingel-
heim) non procul à Moguntiaco illum natum esse volunt, nonnulli
etiam in Brabantia, decepti nominum affinitate, nam Caroloman-
nos ibi natos esse & regnasse constat inter auctores. Ut igitur olim, te-
ste Cic. in Oratione pro Archia poëta, Homerum Colophonij ciuem di-
cebant esse suum, Chij suū vendicabant, Salaminij reprobabant; Smir-
nai vero suum esse confirmabant (unde etiam delubrum eius in oppi-
do dedicauerant) atq; etiam per multii alij pugnabant inter se ac con-
tendebant: sic Germani de natali tanti Imperatoris loco pugnant in-
ter se atque contendunt.

Henricus autem M. natus & ipse est in arce, Pau d'Ux, amplissima
et munificissima Beania regionis amœnissimæ, in qua est Parlamentū.

Natus

Natus ergo est uterque in arce in loco edito & excelsō, qui excelsa & sublimis veriusque dignitatis ac maiestatis, Regiam nimirū et Imperatoria mibi videtur fuisse præsagium.

Quoad tempus natus est Carolus Magnus anno ab orbe seruato DCCXL I. quo tempore Pipinus pater eius grauissimum cum Utione Boiorum Regulo bellum gerebat, quo etiam tandem ante Augustam Rhetorum mœnia victo, Boiaaria potitus est.

Henricum vero Magnum enixa est, mater sua fæliciter & auspiciatè anno à Christi in his terris ortu salutifero, M. D. LIII. quo anno grauissimum inter Henricum II. Regem, eius soecrum, & Carolum V. Imp. bellum gestum est: quo etiam anno orbis Christiani spes maxima, Eduardus V. Anglorum Rex extinctus est, cuius in demortui locum Deus mox Henricum hunc M. nasci voluit.

Natus ergo est uterque inter tubas turbasque bellicas, inter horrēta Martes arma, quod ipsum fælix faustumque, veriusque bellicæ fortunæ, fælicitatis atque virtutis augurium videtur fuisse.

Nomen etiam quod (ut hoc quoque addam) utriusque sacro sancto lauacro fuit impositum, Caroli nimirum & Henrici, veriusque, meo iudicio, futurae virtutis, fortitudinis, fælicitatis singularis omen fuit atque symbolum. Et haec de nativitate.

Educatus fuit Carolus M. Ingelheimij (vnde Ingelheimensis vulgo fuit existimatus) optimè & institutus cum in pietate & religione Christiana, tum linguis, & artibus liberalibus. Artium autem ac disciplinarum cum sacrarum et diuinarum, tum prophanarum et humanarum doctribus ac præceptoribus ipsis est viris sua ætate doctissimus. His fuerunt Petrus Pisanus diaconus, quem senem audiuit in Grammaticis, et in literis Græcis et Latinis; Albinus cognomento Alcuinus (Alconiam vocant) Anglus Bedæ discipulus, qui primus cum Ioanne Claudio bonas literas in Academia Parisiensi docuit, multas præclaras lucubrationes conscripsit, quarum quedam Carolo M. ascribuntur, ut liber ille contra culum imaginum, item diaconus ex Britannia, Saxonici generis homo & vir longè doctissimus, quibus omnibus Rhe-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

toricæ, Dialecticæ, Arithmeticæ, Astronomiæ, Cosmographiæ, et Musi-
cæ, ac in primis Christianæ doctrinæ atque religionis, plurimā nau-
uit opera. Artes liberales studiofissimè coluit, earumque doctores ve-
neratus est plurimū n, & maximis affectit honoribus. Poeticæ quoque
fuit studiosus, ut testantur versus illi in honorem Rholandi sororis fa-
lij ab eo conscripti.

Tu patriam repetis tristi nos orbe relinquis,

Te tenet aula nitens, nos lacrymosa dies.

Sed quilibet ageris octo & binos super annos,

Ereptus terris, iustus ad astra redit.

Singulari ergo Dei beneficio in illa tempestate, in illa inquā temporum
intemperie atq; barbarie, cū summa esset literarū et literatorū inopia,
nactus est diuinarū, humanarumq; literarū doctores doctissimos, quorū
opera incredibiles in illis breui progressus fecit. Norat ille literas opti-
mas, esse vitæ probè instituendæ & degendæ, Reipub, benè sapienter-
que gubernandæ, omnium denique virtutum, officiorum consilio-
rumque saluberrimorum magistras, adiutrices & administras fide-
lissimas, quæ cieta adulacionem & simulationem liberrimè cum qui-
busvis loquuntur, eos docent & erudiunt, & idcirco plurimum illis
opera, studij, laboris atque temporis impendit. Hæc studia, ut sci-
tè Orator, Philosophus & consul ille Romanus dixit, adolescentiam
alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium
ac solatium præbent (vnde & iulus à ruxias, id est, porzus fortunæ ad-
uersæ à quodam fuerunt dicta) delestant domi, non impediunt foris,
pernotant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Hinc Alexander
ille Magnus. Homeril iliada rei militaris viaticum appellare, &
noctu sub ceruicalibus habere est solitus. Hinc Aristoteles rogatus
quid esset eruditio, in prosperis, respondit, ornamen tum, in aduersis so-
latium. Norat Carolus M. maximos & potentiissimos quoque Prin-
cipes, Reges, Imperatores, monarchas philosophiæ, & quarum illa est
quasi parens quædam atq; procreatrix, artium disciplinarumq; libera-
liū studiofissimos ac periusfissimos fuisse, quorū nomina et exempla com-
memo-

memorare longū nimis esset et operosum. Contrā igitur defestanda est illorum barbaries & inscitia, qui Reges ac Principes ab harum artium cognitione existimant alienos esse debere, ac quibus Gordiani illelus dilectum nimis arridet, Imperatorem & milites arma, non literas seire debere. - Contrā rectè magnus ille Aragonum Rex, cùm audisset quendam affirmantem, non decere Principem literas, fertur exclamasse: Eam vocem bonis esse, non hominis. Verius quis illam asini potius rudentis, quàm hominis ratione videntis, vocem esse dixerit. Idem Rex plus se liceris, quàm armis promouisse fatebatur. Sic Diogenes potenteem & opulencum hominem, qui ruditus & illiteratus esset, χρυσόν λόγον, id est ē, pecudem aureis velleribus ornatam, Socrates autem principium aureum appellare est solitus. Eruditio quàm Principi & Reipub. moderatori sic utilis, imò necessaria, Plutarchus peculiari libro demonstravit. Vegetius quoque in libro suo de re militari, neminem, dixie, plura & meliora scire debere, quàm Principe, cuius doctrina non ipsi tantum, sed omnibus eius imperio subiectus proste plurimū.

In hoc sui aliquantò longior, propter peruersam quorundam opinionem, qui literas & artes disciplinasq; liberales Regibus, Principibus ac magistratibus non vsui & ornamento, sed de decori potius, damnō & impedimento ad Rempub. benē gubernandam, resq; fæliciter gerendas esse sibi persuadent, & alijs conantur persuadere.

Veniamus nunc ad Henrici M. educationem ac institutionem. Ea fuit honesta, liberalis, sancta, religiosa valdeq; laudabilis, ex qua nunc maximi fructus atque commoda non solum in ipsum, sed in totum Regnum Gallicum redundant. Nam cùm ipsis matris sue gloriosissimæ fæmina, tūm piorum & doctorum quorundam virorum opera, confilio, studio & labore in sacris & diuinis potissimum litteris, in quibus vera, solida & salutaris doctrina atq; eruditio continetur, quæq; cùm ad vitam hanc fragilem & caducam pie, sancte, iuste & honeste transfigendam, tūm ad aeternam adipiscendam sunt veilissimæ, egregiè fuit institutus, religione ac moribus bonis probè imbutus. Quantum verò ad linguas, & literas prophanas, humanas ac libera-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

les attinet, quoniam non satis habuit temporis, & otij ad illas colendas ac percipiendas, minimè quidem earum tantam, quanta in Carolo Magno fuit, habet notitiam, & tamen earum non esē rūdis plane & ignarus, linguam præter vernaculam tenet atque calleat Latinam, Italicam & Hispanicam, & , ut Carolus Magnus mathemetatum, re Astronomie, Arithmetice, ita Henricus M. Optice (quam perspectivam vulgo vocant, cuius in re militari maximus esē usus) magnam dicitur habere notitiam, literarum præcerea & literatorum hominum, Caroli Magni exemplo & imitatione, maximo flagrat amore, quod vel inde apparet , quod viros doctos ac eruditos vehementer amat, ornat, honorat, magnoq; habet in precio, illorum familiaritate & consuetudine plurimum delectatur, deinde quod Academias, atque scholas literarum studiorum & nutrices , non modò sartas testas ueri ac conseruare, verū n etiam augere & amplificare studet, de quo infra pluribus. Quod autem Carolo Magno doctrīna & eruditione longè esē inferior, id cause esē, quod, ut paulo ante artigi, in isto belli intestini incendio & ardore ex ipsis incunabulis, ex umbraculo & otio, non modò in solem atque puluerem, sed in ipsum discrimen aciemque fuit productus, ac quasi protractus, ita ut tota illius vita, iuxta illud Iobi, ad hunc usque diem verè quasi continua quædam militia fuerit. Et hæc satis sunt dicta de veriusq; educatione.

Educationem autem naturali ordine sequitur viua conditio & institutum siue murus , & quasi Sparta , quam quisque natus esē, & qua cuiq; Dei consilio ac voluntate obtigit,

Nunc igitur videamus primò , quomodo Carolus Magnus ad Regium hoc munus ac dignitatē peruenierit. Defuncto namq; Pipino patre ad Carolum(qui tunc agebat annum XXV.) & Carolomanum eius filios superstites, fratres germanos successio Regni diuino iure peruenit. Franci siquidem facto solenniter generali conuentu, ambos sibi Reges constituerunt, ea conditione, ut totum Regni corpus ex æquo partirentur, & Carolus eam partem, quam Pater eorum Pipinus tenuerat, Carolmannus vero eam, cui patrius eorum Carolomannus

mannus præfuerat, regendi gratia susciperet. Hac autem Regni partitione inter fratres facta, res statim & experientia ipsa docuit, quād diffīlē quamque periculōsum sit Regni consortium, & quād difficile sit duos, ut vna in domo gallos gallinaceos iuxta dictum vernaculum & tritum, sic uno in Regno & Imperio esse Reges & Imperatores. Vnde recte Homerus, ἐκ ἀγαθῆ πολυτελείαν, εἰς νόον οὐ τέλος. Et Ennius:

Nulla sancta societas nec fides Regni est.

Nam Carolomannus partim sua sponte prauis affectibus, nimirum inuidiae & luoris stimulus incitatus, partim adulatorum & affentatorum quorundam verbis (qui fratres inter se committere conabantur) quasi facibus inflammatuſ, non quidem apertas, sed occultas cum fratre suo similitates & inimicitias exercebat: ita ut non ea, qua par fuerat, fide, sicuti promiserat, opem ei atque auxilium in primo, quod à Carolo M. suscepitum gestumq; fuerat, bello Aquitanico tulerit.

Dubium etiam non est, quin vxor quoq; Carolomanni frigidam suffuderit, & igni huic suis Camino ignem & oleum addiderit, hoc est, illum aduersus Carolum fratrem suum in & odio magis ac magis inflammariet, cuius quidem rei non leuis est, meo quidem iudicio, hæc conjectura, quod mulier illa statim post mariti sui obitum vna cum liberis, & improbis nonnullis proceribus, qui hoc ei suaserant, ad Desyderium Regem Longobardorum, qui grauissimus infestissimusq; Francorum & Gallorum hostis fuerat, spredo contemproq; Carolo M. marici sui fratre, transfugi, eiusq; se se patrocinio subiecit, quæ quidem grauis funestaq; quod paulò post secutum fuit, belli Longobardici occasio atque causa extiit. Hic vero admiranda profectio excellit Caroli Magni animi moderatio lenitas, mansuetudo, patientia, fides deniq; & charitas erga fratrem constansissima, qua illius odium, inuidiam, similitates, ita tulit ac tolerauit, ut ne ad iracundiam quidem, nedum ad odium aut similitatem, aut ad vindictam incitari se passus sit.

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

Nunc videamus, quæ bac quoq; in parte similia in Henrico M.
occurrant animaduersione digna.

Primo igitur omnium, ut Carolus M. natus diuino (ut verè p[ro]p[ter]e
Eginbarci loquitur, vnde etiam Constantinus M. dicere solitus est,
Imperium fato dari, cui verò datum fuerit, ei dandam esse operam, ut
imperio dignus esse videatur) iure & diuino & humano, iure hæreditario,
iure successionis accedente, consensu populi ac procerum, ad Re-
gnum hoc vñacum fratre suo peruenit: ita Henricus M. singulari
Dei consilio atque prouidentia, recta regiaq[ue] via, hoc est, lege & con-
suetudine Regni Francici perpetua, iure naturali, hæreditario, suc-
cessivo, adeo tandem hanc regiam dignitatem peruenit, successionem
hanc eius approbantibus Regni proceribus, ac omnibus ijs, qui non
natione tantum, sed etiam animo & reipsa, non fucati & falsi, sed ve-
ri & germani sunt Franci, hoc est, Francici seu Gallici patr[icij] iu-
ris, legis, consuetudinis, æquitatis, iusticie ac libertatis amantes &
studiasi.

Deinde ut Carolus M. aliquandiu, nempe per biennium ferè, Re-
gnum hoc Francicum cum Carolom anno fratre suo communi consilio
atque opera administravit; ita Henricus 111. paulò ante suum obitum
Henricum hunc 111. & Magnum, in Regni Gallici seu Francici
quasi societatem adscivit, illius consilio atque opera mutua in eius ad-
ministratione vti voluit, ac diutius quidem indubie usus fuisset, si diu-
turniore ei Deus vita huius usuram concessisset.

Tum ut Carolom anno fratre defuncto Carolus M. ex aſſe Re-
gnum hoc Francicum iure diuino & humano, ac Francorum proce-
rum consensu adeptus est; ita Henricus M. post Henrici 111. obi-
tuum (quem ille fratris, immo patris ac dominiloco habuerat, atq[ue] co-
luerat) ipso Regni iure perpetuo & inuiolabili ad Regnum hoc pre-
ter omnem ferè spem & expectationem peruenit, accidente simul vo-
luntate, consensu & suffragio cùm Regis defuncti, quam paulò ante
mortem manifestissime declarauerat, tum procerum & optimatum
Regni, ducum, principum, militicum, cunctorum deniq[ue] eorum, qui verè
Franci,

Franci, hoc est, patriæ suæ amatores sunt censendi & appellandi, Non ergo aut per cuniculos, per fraudes ac per infidias ad Regium hoc munus obrepit, non per vim ei se se intrusit, sed recta, Regia iusta legitimaq; via atque ratione ad illud, singulari Dei voluntate & arbitrio, fuit euenitus.

Porro ut ab initio inter Carolomannum & Carolum Magnum, fratres germanos maligni malitiosi q; quidam adulatores (quos aulæ pestes, vite & morumq; adulteratores & corruptores verissime dixeris) inimiciiarum & simultatum semina spargere, & veluti flabella quædam diabolica illum odii & inuidiae ignem (quem extinguere vel sapire debuerant) fodere, nutritre, ac magis magisq; inflammare studuerunt ita non defuerunt, nec adhuc desunt callidi, versuti & astuti quidam homines, qui Henricum M. cum Rege defuncto Henrico II. agnato & affine suo, cum Carolo Cardinale Borbonio patruo suo (quem etiā captiuū, septuagenariū, cōtra ius Regni, cōtra ius diuinum & humanum, contra illius ipsius voluntatem, Regem designare ac constituere voluerunt) cum alijs quoq; cognatis, propinquis & consanguineis suis, cum ipsis deniq; subditis suis summæ, mediæ, infime, politice & Ecclesiastice fortis atq; fortunæ hominibus (quos ille patrum, fraterum & filiorum loco habet, colit, amat, fouet, tuetur) intestinis pestiferisq; bellos committere, & suspicionum, odiorum, simultatum scintillas, conuiijs atq; calumnijs suis, speciosissimo religionis, iustitiae, charitatis erga patriam & Ecclesiam prætextu, spargere conati sunt, & adhuc conantur, vnde bellum inter eos intestinum excitetur. Sed Dei beneficio, iriti, caſi & vani adhuc fuerunt impij nefarij, istorum hominum conatus, & Deus illorum concordiam sartam tecum adhuc cōseruauit, & in posterū quoq; vti speramus, conseruabit.

Quemadmodum postremo Carolus M. incredibili & constanti sua lenitate, mansuetudine atq; patientia vicit hæc mala atq; superauit, ijsq; medicinam adhibuit salutarem: sic Henricus M. iisdem virtutibus ceu medicamentis efficacissimus & saluberrimus, nimirum admirabilis sua cūm sapientia atq; prudentia, cūm bonitate, mansuetudi-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

ne, moderatione vulnera ista adhuc curauit, nec sese villo pacto ad
iram, ad odium, ad similitates prouocari passus est.

Et hæc de veriusque vocatione, id est, ratione atque via, qua ve-
terque ad Regale hoc munus permenit.

Nunc cōsequens est, ut videamus, quomodo veraq; suscep̄tis Regni
Francici habens, sef; gesserit, & prouincia hanc suam, qua ei diuina
forte atq; prouidentia obligit, administrarit. Amplissimus h̄ic sepe of-
fert dicendi cāpus, amplissima copioſissimaq; materia, qua vel eloquen-
tiſimū quenq; nedū me penē infantem & inopem à dicendi facultate
obruere posse. Verū breuitatis simul & veritati studebo, & quo id
eius fieri poterit, Deo iuuante, dicam breuius, quam res tanta dici pos-
sit. Dicendū verò h̄ic nobis de veriusq; parciū virtutibus, partim ac
tionibus rebusq; gestis. Virtutes autem aliae sunt, intellectus, aliae
cordis & affectus, quarum non opus est, ut h̄ic catalogum subtexam,
qui in promptu est omnibus. Meneis seu intellectus virtutes sunt, in-
genium, iudicium, memoria, solertia, sagacitas, sapientia, prudentia, re-
rum diuinarū humanarumq; scientia atq; cognitio, & alia id generis.
Cordis & affectus virtutes, dotesq; diuinæ sunt fides, spes, charitas, pa-
tentia, fortitudo, temperantia, continentia, & aliae id generis. Quod
ad actiones attinet, dubium non est, quin illæ virtutum partim sint pa-
rentes, procreatrices & nutrices (nam habitus animi actionibus com-
parantur, conseruantur & augentur) partim sunt filiae, sc̄tus atq; fru-
ctus (nam ex virtutibus actiones proueniunt) partim de iisq; sunt te-
stes, indices, specula atq; simulacra. Namobrem de actionibus dicen-
do, simul dicitur de virtutibus, quæ in actionibus externis apparent
& eluent. Actiones autem & res gestæ vel sunt publicæ, vel priuatae
& domesticae. Publicæ rursus vel sunt religiosæ & Ecclesiasticae, qua-
ad religionē cultumq; diuinū pertinent (sub quibus scholastica possunt
comprehendi) vel sunt prophetae, politica & ciuiles, etq; vel pacis, vel
belli. Nos verò Eginharti sequentis methodum, quam etiam à Suce-
nio in describenda Imperatorū quorundam Ro. vita adhibitam fuisse
video, primò quidē de veriusq; vita & actionibus publicis, deinde pri-
uatīs & domestīcīs dicemus.

Eis

Esi vero, quod ad actiones publicas attinget, non sum nescius & res
actionesq; diuinæ, sive sacras & Ecclesiasticas, quæ ad religionem per-
tinēt, longe præstare prophani ac politicis, & inter politicas eas, quæ
sunt pacis, præferri meritò ac anteponi bellicis ac militaribus (qua de-
re præclare Cic. in aureo illo suo Offic. lib. differit) tamen à bellicis &
militaribus, secundū Eginharti nostri ordinē, potissimum exordiar, à
quibus vterq; id nimirū postulante temporū eorum, in quibus versati
sunt, intemperie ac necessitate, Regni administrationem exorsus es.
Virūq; enim statim post Regni susceptionem bella grauia exceperunt.

Primū aut̄ bellū, quod Carolus M suscepit (hæc enim prima fue-
runt Regni eius quasi rudimenta ac tyroc' n'a) fuit bellū Aquitanicū,
quod à patre suo Pipino inchoatū & affectū, mira celeritate & felicitate
eq; confecit. Nā Hunoldū, sive, ut alij eū vocat, Humoldū (qui posse
Vaisarij morte Aquitaniam occuparat) prouincia illam relinquere &
Vasconiam petere coegit. Nec eo cōtentus, transmissio celeriter amne
Garumna (qui nobilis fluius ex montibus Pyrenæū erumpens, Va-
sconia ab Aquitania diuidit) hostē insecutus, Lupū Vasconū Ducem,
ad quē Hunoldus cōsigerat, cùm ipsum Hunoldū tradere, cùm se, v-
xorē, liberos totaq; Vasconia eius imperio potestatiq; subiçere compu-
lit. In hoc ipso aut̄ bello Carolomanni fratus sui fidem, minimè frater-
nam, primò expertus est, qui, cùm ei ab initio auxilia, ad hoc bellū ge-
rendū, promisisset, promissis suis nō sterit, illum q; ope & auxilio suo de-
stitui possus est. At ille nihilominus, diuina frcus ope & auxilio, bel-
lum illud suscepit, celeriter & feliciterq; confecit, & totam Aquitaniam
in suam potestatem rediget, & cum viatore exercitu in Germaniam
redij. Huic prouincia postea præfecit Ludouicum filium & successo-
rem suum, qui ei ad patris usque obitum præfuit.

Hic antequam vicerius progrediar, admirari sati non possum
singularem Dei prouidentiam in hac ipsa prouincia. Nam quemad-
modum multis anteculis, & Caroli M. pater Pipinus, & eius auus
Carolus Martellus, & ipse Carolus M. ut omnes historici testantur,
maximum & fidelissimam in hac potissimum prouincia, Aquitanica

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

nimirum & Vasconia, aduersus tyrannorum domesticorum, & Sarra-
cenorum ex Hispania in illam assidue erumpentium vim & impetum
tuenda & pacanda operam nauavit, eidemq[ue] prouinciae pacatae, Ludo-
vicus Pius Caroli M. filius, heres atq[ue] successor ad patris usq[ue] mortem
prafuit: ita nostra etate atq[ue] temporibus & parentes Henrici M. (vt
suprà quoq[ue] dictum est de patre, qui abdicata Piccardia prouincia,
Aquitania & Vasconia prefecturam suscepit) & ipsemet ab
ineunte etate in hac potissimum prouincia tuncanda ac defendenda o-
pera studijq[ue] plurimum posuit. Quis nescit, nisi rerum Gallicarum o-
mnium inscius, Henricum M. Aquitanica & Vasconica illa gente
fortissima & bellicosissima adhuc usum esse pacata, amica, fida, qua
maxima ex parte illum eeu naturalem, iustum legitimumq[ue] Re-
gem, Dominum, patrem & patronū suū amat, obseruat, colit, ei obtem-
perat, eum aduersus quanuis cū m externā, cū m internā, Hispanorum
præsertim (qui vt olim, ita hodie quoq[ue] regionem istā assidue infestisq[ue]
suis incursionibus infestant) vim iniquam & iniustā cū vice fortuna-
rumq[ue] suarū omnīū discrimine, fortissime fideliſimeq[ue] tuerit ac defen-
dit: & ille viciſſim Caroli M. aliorūq[ue] maiorū suorū exempla ac imita-
tione prouincie: vi atq[ue] genti fidem, fauorem opemq[ue] suam singularem
præſtare non desinit.

Secundum bellum, in quo Caroli M. virens resulſit, fuit bellum:
Longobardicum seu Italicum. Nam vt pater eius Pipinus, Stephano-
ni Papæ Ro. supplicante, bellum illud aduersus Haſtolfum Longo-
bardorum Regem, ita, patrem imitatus, Carolus M. Hadriani Epi-
scopi Ro. precibus adductus & impulsus idem bellum aduersus Desy-
derium ultimū, & quidem opulentissimū, potentissimumq[ue] Longobar-
dorum Regem Italiam deuastantem horrendum in modum ac depo-
pulantem suscepit, & superatus maximo cū labore, difficultatibus at-
que periculis, inuijs & asperis alpijs quā Annibalem quoq[ue] olim tran-
ſuisse volunt jingis, illū tandem vietū ac deditioñē faciente perpetuo
exilio multe auit, & Leodiu relegauit, ubi miser vita finit: filiū vero
eius Adalgis. ex Italia eiecit, Ro dogausum ſimiliter Foro:uliani duca-
tus pra-

tus p̄fectū res nouas molientem oppressit: Italiā diuturna Longobardorum tyrrānide & barbarie immani liberatam potestati suae subiecit, ei filium Pipinum Regem proposuit, res à Longobardorum Regibus eratas Hadriano Ecclēsī Rō. rectori restituit.

Vt igitur Carolus M. Italiam Longobardorum tyrrānide liberavit, ita Henricus M. patriam suam & vniuersam Rēpub. Christianam quorūmūs tyrrānorū vi, iniurijs & tyrrānide liberare, & in libertatem vindicare magnopere cupit, idq; omni virium & opū suarum contentione conatur.

Carolus M. in expeditione illa Longobardica seu Italica Geneuam primū mense Maio peruenit, vbi de belli illius gerendi ratione fuit consultatum, inde summa adhibita celeritate (quæ optimum es; res quasvis fāeliciter conficiendi adminiculum) copias in duo agmina diuisas per Cottias sive Coctias illas alpes, atque angustias in Italiam traduxit. *Vt igitur Geneua olim Carolo M. maximo fuit v̄sui ad bellum illud Longobardicum gerendum, transitum illi & eius copijs tutum & securum præbait, ibi copiae militares ex omnibus partibus fuerunt collectæ, ibi consilia de belli gerendi ratione inita fuerunt optima: ita hodie quoque eadem illa ciuitate (quæ totius Heluetiæ claustrum es; vallum ac propugnaculum validissimum) Henricus M. belli socia, adiutrice & opitulatrice fortissima, fidelissima, constantissimaq; v̄titur. Horum autem laborū suorum in belli illius Longobardici confectione præmia Romæ amplissima est consecutus. Nam ab Imperatore, Pontifice, Senatu populoq; Rō. lege lata, Consul, Tribunus, Dictator perpetuus, patritiusq; (quæ nomina atque tituli plenibabebantur dignitatis atque honoris) fuit appellatus.*

Tituli hi non minus Henrico M. conueniunt, qui & consul es;, patriæ suæ atq; Rēpub. Christianæ optimè consulens, & Tribunus, id est, publicæ libertatis assertor ac patronus, & Dictator perpetuus, cuius dictis & iusis merito omnes parere decet, qui summam posse Deum secundum iura diuina & humana in suos potestatē habet vita & necis, & denique Patritius, ex patribus nobilissimis & genero-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

ssimis oriundus. Deinde Hadriani Pontificis Rom. & C C C. paa
trum consultum perpetuum (quod in libris Pontificalibus refertur)
factum est, in verbaq; Caroli M. iuratum, quod est huiusmodi, ut A-
uentinus scribit. Nullum post hac fore neq; Romanum, neque aliorum
temporum Antistitum, nisi quem Carolus, successoresq; eius sciuerint
et iussent. Refragantes huiuscmodi patru decreto, diris deuoti sunt,
& nisi resipuerint, adiecta proscriptio. Defuncto igitur præsule quo-
piam, sacerdotes licuum cum annulo ad aulam mittebant, cui ea prin-
ceps solenni rito tradebat, is eiusdem fani rector designatus erat. Ita ob-
seruatū esse sine controvērsia ad Henrici I V. Imperium legitimus. Cha-
rissimi quiq; ac amplissimi viri aduenae etiam vlt̄ō aulam frequenta-
bant, s̄pē dignitatis augendae, & adipiscendi sacerdotij illelli, absq; sti-
pendio in omnibus principi dīcto audientes erant: quemadmodū nostro
euo Romæ fieri solet. Sub Henrico I V. & Gregorio V II. cum ma-
ximo Reipub. Christianæ detrimento, de hoc aut cupio armis, non cira
sanguinem decertari cōceptum. Imperatores veterem morem, à tot san-
ctissimis Pontificibus traditum, comprobatumq; mordicus retinere:
Max. Pontifices iā pares opibus Casareis in se trahere conabantur:
nec amplius ferre parem, nedum superiorem, ditati ab Imperatori-
bus nostris, & ad id fastigij perduci, poterant.

Hoc igitur ius (cu.us Sigeberetus quoque meminit) Pontificeme-
ligandi, & ordinandi Apostolicam sedem, atq; Episcopos & Archiepi-
scopos per singulas provincias confirmandi, ita ut nisi à Regelauda-
tur & inuestiatur Episcopus à nemine consecretur, Carolo M. & eius
postoris ac successoribus ab Adriano Pontifice consensu totius Concio-
lij anno D C C I I. datum, Henricus M. cupit innuari et sancte inu-
lateq; conseruari. Sed Pontifices Ro. id statim (post Caroli M. obi-
tum) ad se rursus rapuerunt.

Finito porrò bello Longobardico, bellum Saxonicum, quod inter-
missum fuerat, fuit repetitum. Bellum autem hoc Saxonicum præca-
teris, qua ab illo gesta fuerunt, valde fuit dubium atq; anceps, graue
& funestum (quo plurimi heroicæ virtutis viri utrinque fuerunt ab-
sumpti)

sumpti) fuit etiam diuturnum, nam XXXIII. annorum spatio dura
 tie. Idque Saxonum illorum antiquorum contumacia atq; perfidia, qui
 sèpè deditio[n]e facta, datis ob[st]idibus, dataq; fide, imperatis factis, mox
 quavis data & oblata occasione, ad ingenium redeuntes, nouam molisi
 sunt defectionem atq; rebellionem, bellumq; redintegrarunt. Sed quo
 maior in hoc bello fuit Saxonum ferocia & immanitas, louitas, incon-
 stantia, perfidia, idolatria, tanto magis Caroli M. in bello hoc geren-
 do & conficiendo sapientia, fortitudo, constan[t]ia in rebus tam aduer-
 sis quam secundis, patientia deniq; emicuit, quibus ille diuinis & cele-
 stibus armis instructus & munitus, tandem bellum illud aliquoties in-
 termissum, & redintegratum feliciter, Dei beneficio, confecit, gen-
 remque illam bellicosam, ferocem, feram & immanem, perfidam, da-
 monum cultui et idolatriæ addictam planè ac mancipatam, non tam
 in suam, quam in Christi potestatem redigit (decem circiter milli-
 bus Saxonum in Galliam traductis, & passim per Germaniam di-
 spersis) hoc est, ab idolatria seu dæmonolatria, à cæremonijs sa-
 crisque suis patrijs, impijs & impuris ad fidem religionemque Chri-
 stianam traduxit, qui tandem cum Gallis & Francis quasi in idem
 corpus coaluerunt. Id tamen non tam Caroli Magni armis, pruden-
 tie, consilijs atque operæ, quam diuina potestati, benignitati miseri-
 cordiaeque est tribuendum, Deo nimirum eeu vero flexanimo, saxea
 illa, immò saxis duriora, & immania Saxonum corda emolliente, &
 ea faciente carne, hoc est, ad cultum non ciuilem solum & huma-
 num, sed sacrum & diuinum viuis & veri Dei flectente & commo-
 uente, ita ut quibus Carolus M. agnus antea vsus fuerat hostibus
 infestissimus, iisdem postea vsus si ministru[s], socijs & auxiliatori-
 bus fidelissimus: Sic hodie quoq; Henricus M. Rex Gallie & Na-
 uarie, cum Dei præcipue, iu[n]ti agnati & antecessoru[s] illius sui Magni
 beneficio, Germanoru[m] ac præfere[n]tiam Saxonu[m] eeu socioru[s] et amico[r]u[s] fi-
 delissima ope atq; opera vitatur, qui ei aduersus quosu[s] hostes suos, inter
 nos pariter & excernos, milite atq; pecunijs et alijs quibusuis officijs,
 pro sua virili, opitulanur. Hinc profecta est laudabilissima ista Ger-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

maniæ principum, multorum decantata scriptis & carminibus expeditio, cuius Dux primarius est illustriss. vt re, ita nomine Christianus Princeps Anhaltinus, Regis Christianissimi Legatus. Non est etiam hic silentio prætereundum, quod Vittekindus seu Vittekundus primarius & quidem clarissimus, multisq; virtutibus ornatisimus Saxo-Saxonas assiduè ad fidei & iurisurandi violationem, ad defectionem et rebellionem solicitasset, tandem Christianam religionem amplexus, eidem factus est amicissimus. Nam Theodoricus Saxo Hugonis M. abauus, Hugonis Capeti atauus (qui Comes Andegauensis, & Caroli M. agnatus fuit) huius ipsius Vittekindi à Carolo M. deuicti, & recentis baptizatissimam uxorem duxit, idq; Caroli M. consilio, quo nimirum Francica Regiaq; hac affinitate Dux ille tanto facilius in officio, fide atque amicitia erga Regnum Francicum posset contineri. Ab hoc ipso non desunt nonnulli, qui cum Saxonie & Ascaniae Principes, tum Capetios seu Capeungos volunt, suam duxisse originem. Id si verum esset, quis non crederet singulari Dei fierifato atque consilio, quod illustissimus Dux Saxoniae et Anhaltini seu Ascanie Principes, Henrico M. hodie tanquam propinquo & agnato suo opem ferunt?

Hoc ipso autem durante bello Saxonico Carolus M. alia quoque bella cum per se, tum per alios aduersus gentes barbaras gesit, que ipsa quoque paucis iuuat attingere atq; perstringere, cum tamen mihi non sit animus historiam conscribere. Memorabilis est Caroli M. expeditio in Hispaniam, superato celerrimè Pyrenæi iugo, aduersus Saracenos & alias gentes barbaras suscepta: ita hodie quoque gens illa Hispanica Henrico M. ut olim Carolo M. plurimum exhibet molestia atque negotij. Esi vero prosperè rem gesit in Hispania, gentemq; illam domuit, & potestati sua subiecit, tamen in redditu (ita nihile est omni ex parte beatum) exercitus eius viator ex Hispania cum optimis spolijs rediens, Vasconum quorundam perfidia, in Pirenaicis illis meatibus (sic ab æstu & ardore dictis) insignem cladem accepit,

cepit, ubi & Eghartus Regiae mensae præpositus, et Anshelmus Comes Palatij, et Rulandus Brittonici litoris præfettus occubuerunt. Hanc consecuta est bellum Britonicum, quo gentem illam devicit, Postea expeditione rursus suscepit in Italia, bellumq; Beneventani intulit, quo rum Dux Aragis mox timore perculsus, Rumoldo & Grimoldo filii suis missis obsidibus, deditioinem fecit. Post reditum eius (ita continuis bellis Deus eum exercuit) Boiarium bellum repente præter omnium opinionem Tassilonis Ducis superbia & confidentia, voxque eius, qua Desyderij Regis Longobardum filia fuerat, hortatu, excitatum opinione celerius rursus finitum fuit. Post illud Sclauis, qui sua lingua Vuelatabi, alias Viulsi fuerunt appellati, bellum a Carolo M. fuit illatum propter Aborites socios et fæderatos suos, qui eius open & auxilia aduersus Sclauos illos sibi permolestos implorauerant, quos ipse breui vna expeditione domuit. Hoc quoque bello finito, mox aliud contra Auaros et Hunnos in Pannonia (ex quibus duabus vocibus Hunnorum & Auarorum vox Vngarorum conflata videatur promanasse) maximum, præter Saxonicum, fuit consecutum. Vnam tantum in Pannoniam (quam nationes iste incolebant) Carolus M. expeditione suscepit, reliquas Pipino filio, & alijs Prouinciarum præfatis, comitibus atq; legatis commisit. Bellum hoc per V 111. annos continuos gestum, Hunnis quide & Auaris exitium atq; interiun, Pannonia extreemam vastitatem, Francis autem magnas opes atq; diuitias peperit, quas ab Hunnis & Auaribus paßim direptas & congregatas, Franci victores reportarunt. Duo tamen ex proceribus Francorū in illo bello perierunt, Ericus Dux Foroiulianus, & Gerholtus Boiarie præfetus. Post bellum vero et Hunnicum et Saxonicum (quæ duo fuerunt grauissima, maximeq; diurna bella, quæ Carolus M. gesit) bellum Bohemicum et Hilingonicum exorta sunt, quæ non diu durarunt. Ultimum contra Normannos (qui Dani vocantur) susceptum est, Godefridi Regis Danorum insolentia, ambitionis ac potentiae iniustæ domanda causa, quo à satellite quodam imperfecto illud mox finem habuit. Hodie, singulari Dei beneficio, Nordmania sue Dania Rex serenissimus;

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

qui ante aliquot annos hinc decepit, Henricum M. singulari prosecutus est amore atq; fide, ei suo exēplo, literis atq; legationibus alios quoque Germaniae Principes, ad Regi huic opitulandum in iustissima causa incitauit. Eius verò filius hæres atque successor paternæ virtutis strenuus imitator, eandem erga hunc Regem præse fert, non verbis tanum, sed etiam re ipsa fidem atque benevolentiam.

Finito bello Nordmanico seu Danico, Rōmā rursus Car. M. cum magno admodū exercitu profectus est, ut Leonē III. Pont. Rō. qui fide eius cūm præsens (cū ex carcere Albini cubicularij sui opera elassus, ad eum, in Saxoniam bellum gerentē, ad Padobornam confugisset) cūm per legatos suos implorauerat, opem auxiliumq; ferendi, et perturbatum ei uitati Ecclesiæ illius statum pacandi gratia. Pontifex enim ille, cūm prædecessoris sui Stephani I. (qui mos est Pontificum Rō.) acta quodam atq; decreta rescidisset ac irrita fecisset, graui validaq; quorundam Zachariae Pontificis prædecessoris amicorum ac propinquorū, qui illa agrè molesteq; tulerant, conspiratione oppressus, oculis ei erutis, et lingua excisa, in maximo viâ suæ periculo atq; discrimine erat constitutus. Carolus itaq; M. cūm magna adhibita celeritate, Romanum peruenisset, anno D C C C. V I I I. Cal. Septemb. incredibili à Pontifice pompa atq; magnificentia maximoq; Episcoporū, procerum atq; populi, ex omnibus Italiae partibus, concuſu frequentia, latitia atq; gratulatio ne fuit exceptus. Constituto deinde indicio, quo Pontifex Rō. causas, qui ab aduersarijs suis grauissimorū criminum nomine accusatus fuerat, coram ipso Carolo M. pro tribunali sedente disceptabatur; Pontifex Rō. à criminibus illis, suo ipsius testimonio, sententia, iuramento & obtestatione graui (cūm innocentem se esse, sibi q; iniurium ab aduersarijs suis factum esse iurasset) absolvetus est, ita ut in hac sua causa simul & reus, & testis, & iudex fuerit. Graui itaq; à Carolo M. & Capitalis pena fuit in aduersario eius decreta, que tamen ipsius Pontifex Rō. deprecatione mitigata fuit, ita ut exilio fuerint multati. Postea compotis controvenerint, et sedatis tumultibus, V I I I. Cal. Ianuarij ipso natali Dominico Carolo M. Pontifici, Senatus populiq; Rō. comitatu ni con-

in consensu atq; suffragio, propter plurima et maxima eius nec non pa-
tris & ani eius in ciuitatem, Ecclesiamq; Ro. merita, quodq; tota Italiam, Longobardorum tyrannide liberata, suæ potestati belli iure sub-
iecerat, odio quoq; Imperatorum Constantinopolitanorum, occidentis
Imperator & Augustus, magna solennitate, cblamyde Augustali indu-
tus, corona aurea pretiosissima eius capiti à Pontif. imposta, renuncia-
tus fuit, cum tria populi acclamatione, quæ fuit huiusmodi. CARO-
LO AVGVSTO A' DEO CORONATO, MAGNO, PIIS-
SIMO, PACIFICO, IMP. RO. VITA ET VICTORIA. Tunc
igitur imperiū occidentis à Græciis Imp. ad Car. M. eiusq; successores,
et ad Francos fuit translatiū, de qua imperij trālatione, qua auctorita-
te, quo iure quæcumque iniuria illa facta sit, nō mecum est, nec huius temporis
disputare, disputatione ea de re viri quidem docti & sapientes, ad quos
vobis remitto. Illud tamen certissimè affirmare possumus translationem
illam De facta esse nutu et arbitrio (sine quo nihil sit) penes quem so-
lum, Regna et Imperia, ab una familia, vel gente ad aliam transferen-
di, summa est potestas (cuius quidem rei reçes in Gallia exemplū habe-
mus) pro qua immensa & infinita sua potestate & sapientia, quævis
etiam mala et improba hominū facta ad optimū, cùm suæ gloria, tam
salutis suæ Ecclesiæ conuenientissimum finē dirigit. Non est etiam
hic silencio prætereundū, quod viri sapientissimi quiq; et iuris peritissi-
mi, Carolum M. volunt Imperatorem occidentis factum esse primum
iure belli, occupata armis Italia, & urbe Roma, Longobardorum Re-
gno destruto, et pace restituta, atq; legibus præsidijq; cōmunita. De-
inde transactione cum Imperatibus Græcis, qui, ut vni Domini, o-
mne ius, quod habuerunt in Imperium occidentis, Carolo accesserunt.
Itaq; nolunt illum Imperium à Pontifice accepisse, cuius renunciatio,
neq; electio fuerit, neq; traditio: sed declaratio solum, quod Carolus fit
verè Imperator iure belli, & concessione Imperatorū orientis, consen-
susq; & subiectione voluntaria populi Ro. Constat enim tunc temporis
Pontifices Ro. nec in urbem quidē Romanam quicquam sibi vendicasse
aut usurpare iuris ac potestatis, sed etiam unum, quæ ad sacra pertine-
rent, procurasse.

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

Quemadmodum autem Carolus M (ut ad propositum redeam) promptum fese præbuit ad Leoni Pont. Ro. quem iniuriosè concume-
lioseq; tractari audiuerat, primò quoq; tempore succurrendum: & ad ci-
uitatis Ecclesiæq; Ro. statum turbulentum in tranquillitatē vindican-
dum: ita Henricus M. ad quibusus Ecclesiastici ordinis hominibus,
sive Ro. sive reformatæ illi sint religionis, iniuria affectis & oppres-
sis opitulandum, & ad Ecclesiæ quietem & tranquillitatem constituen-
dam ac conseruandam, ad lites deniq; quasuis sive politicas sive Eccle-
siasticas dirimendas & componendas promptissimus adhuc semper &
paratissimus fuit, idq; re ipsa & factis semper declarauit.

Deinde ut Carolus M à Pontifice, à proceribus & populo Roma-
no, & Italico Imperator & Augustus fuit declaratus & salutatus; ita
Henricus M. præcipue à summo & cœlesti illo Pontifice, Imperatore,
& Augusto (à quo solo proficiuntur & dependet omnis potestas) lege
atq; consuetudine patria ac perpetua, voce atq; suffragio Regis, præde-
cessoris, affinis & agnati sui proximi, deniq; Ducum, Principum, pro-
cerū, exercitus, populiq; vocibus, suffragijs, acclamationibus, non tam
oris quam cordis, concordissimis optimo meritissimoq; iure, Regni &
Imperi Gallici Rex, Imperator, Augustus, pacificus, idq; non semel,
sed saepius appellatus & salutatus fuit. Huc accedunt (ut taceam de
alijs populis) multorum per totam Italiā, atq; adeo in ipsa ciuitate
et Ecclesia Romana cum politici, cum Ecclesiastici ordinis fortisq; pro-
cerum ac Principum vota, atq; voces, quibus illum legitimum Gallie
Regem atq; Dominum esse agnoscunt, libereq; confitentur.

Præterea nomina & tituli illi bonorifici, qui à populo acclamatio-
ne illa Carolo M. fuerunt tributi, Henrico quoq; M. optimè verissi-
meq; conueniunt, illiq; meritissimo iure tribuipossunt ac debet. Is enim,
quod res ipsa et alia eius testantur, verè est Augustus, qui augustus SS.
donis et virtutibus auctus, Regni et Imperij Gallici non tuendi solum,
verum etiā augendi est studiosissimus. Verè est à Deo coronatus, à quo
etiā præstatiissimis virtutibus, ad Regni administrationē necessarijs, est
ornatus et instructus, qua quibusus coronis vel pretiosissimis lögē pra-
stant.

stant. Is verè est Magnus, virtutū rerumq; gestarū magnitudine admirandus. Is piissimus meritō & Christianissimus est appellandus, qui pietatis religionisq; Christianæ studium & amorem quotidie reip; sa factisq; suis declarat. Verè est Pacificus, cui pace publica nihil est optatum, ad quā omnia refert sua cōsilia. Verè est Imperator, qui non modò hominibus, Imperio potestatiq; suæ subiectis, sed etiam sibi ipsi, suis affectibus & cupiditatibus, cum summa omnium admiratione, optimè sapienterq; imperat. Non enim, ut etiam Cicero, quamvis Ethnicus, & vera religionis expers, scitè vereq; dixit, nō Imperator est appellandus, & hoc nomine dignus iudicandus, qui non potest cupiditatibus suis imperare. Refrænet, inquit idem, prius libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiam, ceteras animi labes repellat, tūm incipiatur alijs imperare, cūm ipse improbissimis Domini dedecori ac turpitudini parere desierit. Hanc instantiam Augustinum præclarè differentem, si quis vult, legat lib. 4. de Ciuit. Dei, Cap. 3. & lib. 19. Cap. 6.

Adhæc quòd populus Ro. lata faustaq; sua acclamacione Carolo M. vitam & victoriam est precatus; ita non modò Romani & Itali plurimi, nec solum Galli, sed pluriq; etiam alij orbis terrarum populi, non tam oris, linguae & faucium, quām pectoris & animorum acclamacionibus, votis ac precibus suis sancta vitam ei valetudinemque diuturnam, & victoriam aduersus quosvis hostes suos precantur, quos clamores, qua vota atque preces non cassas esse & inanes, quotidiana, Dei beneficio, experientia satis superq; testatur.

Carolus postremo M. honorem illum ab initio dicitur esse aures factus, nec eum voluisse recipere, ita ut aperte dixerit, se, magna licet illa & sancta fuerit festivitas, tamen eo die templum nō fuisse ingressum, si hoc Pontificis Ro. & reliquorum præsciuisset consilium atque propositum. Hanc autem ille dignitatem imperatoriam detrectauit, partim pro humilitate & modestia sua, quòd ab ambitione, hoc est, honoris & dignitatis immoderata & inordinata cupiditate esset alienus; partim Imperatoris Constantinopolitani inuidiam, odium & si-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO;

multates (tam ille erat pacis, concordiae charitatis, amans) uitandi gratia, qua de causa crebros ad Imperatores illos Constantiopolitanos legatos atque litteras, humanitatis, amoris, officijque plenissimas, mittere esse solitus, quibus illos non dubitauit fratres suos appellare. Ita Henricus Mag. ab omni fastu, superbia & ambitione abhorret, modestia & humilitatis esse studiosissimus, & pacem, amicitiam, concordiam cum omnibus colere, odia contraria, offensiones, similitates queruntur, omnibus modis uitare, & cum quibusvis vel inimicissimis in gratiam redire magnopere cupit. Atq; hæc quidem fuerunt expeditiones militares atq; bella. Hæc, inquam, fuerunt, que annis X L V I. (tot enim regnauit) in diuersis orbis partibus bella gestæ aduersus barbaras, immanes Christianoq; nomini infestissimas gentes pro Regni, Imperij & uniuersæ Republicæ Christianæ salutem ac libertatem, quæ ab historicis fusissimè copiosissimeq; explicata summatuæ & uno quasi fasciculo complecti volui. In his bellis omnibus & suscipienda, & indicendis, & administrandis, & postremè consciendis, eius cum pieas, religio (cui inter media arma vacauit) cum iustitia, prudenteria, solertia, sagacitas, fortitudo, magnanimitas, tolerantia, patientia, vigilancia, industria, temperantia, continentia, moderatio, lenitatis, mansuetudo, fides, constantia, felicitas denique incredibilis & ad mirabilis consciendam fese omnibus præbuit, ab omnibus cognita fuit atque perspecta. Eisi vero Henricus M. nondum tot & tanta bella aduersus externos populos gestæ, quot & quanta à Carolo M. gesta sunt, propere a quod is subditorum multorum suorum rebellioni & consumacia effrenata ac indomita, intestino ac domestico illo bello, prob dolor, implicatus est ac inuolutus, tamen omnium ei vel inimicissimorum confessione atq; sententia, maxima & praestantissima sunt eius virtutes bellicæ, & insignis rei militarü peritia, ita ut Carolo illi M. agnato suo hac quoq; in parte comparandus esse videatur. Nam ab ineunte aetate in castris bellisq; versatus, maximam sibi rei militaris peritiam comparauit. Hac ille libentissimè aduersus Christiani numeris atque nominis hostes veteretur, si id ei per perditam profigatur.

ramque subditorum quorundam suorum perfidiam atque pertinaciam
permitteretur. In primis vero praeter alias virtutes celebranda meri-
tò ac prædicanda est Henrici M. inter haec ipsa bella atque arma,
magna pietas atque religio, ita ut illum non tam humanis, quam di-
uinis & cœlestibus armis, hoc est, fide, spe, charitate, patientia, man-
suetudine, ieiunijs, vocis, precibus assiduis & ardentibus cum hostibus
suis pugnare, illosque vincere ac superare inter omnes constet, experien-
tia id testante quotidiana. Quid dicam, quod tametsi maximæ reuera-
fuerunt res gestæ Caroli M. tamen non minores, imo etiam admirabi-
liores videntur esse res gestæ Henrici M. & quæ geruntur adhuc quo-
tidie. Nam cogitandum nobis, quos & quantos Carolus M. rerum
gerendarum neruos, occasiones, adiumenta, auxilia, vires & opes ha-
buerit: quibus penè omnibus Henricus M. ab initio fuit destitutus, &
nunc quoque, non tantas habet, quantas ille habuit. Si deinde tempora,
mores, homines, & reliquæ circumstantiae expendantur, inde quoque
clarius patet, Henrici Magni non inferiorem, sed æqualem, vel
etiam superioriem fuisse in rebus gerendis fortitudinem ac fæ-
licitatem.

Nos Deum orabimus ut quemadmodum Carolus M. finitis confe-
disquisitis bellis, illo præsertim XXXII. annorum bello Saxonico, pacem
almam lætam, serenam tutamque in toto Regno & Imperio suo cōstiruerit; ita
Henr. quinq[ue] M. tandem, Dei ope et auxilio, miserrimo calamitosissimo
isto bello incestino, quod iam amplius XXX. annis duravit, fælicem finem
imponere, & patriæ Regnumque suum (qui quidem ei finis unicus est
propositus) in pacem & tranquillitatem vendicare possit, cuius qui-
dem nos spem, diuina freti misericordia, habemus non exiguum.

Praeterea vi: Carolus M. his bellis strenue prosperebat gestis Re-
gnum & Imperium suum, à patre & maioribus suis, seu potius à Deo
summo & cœlesti illo patre, ac cœli terraque Domino sibi relatum, &
traditum, non modo curatus est & conservauit aduersus quosvis ho-
stes feros & immanes, verùm etiam mirum in modum auxit & am-
plificauit, ut scriptores testantur, ita Deo supplicabimus toto pectore,

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

vt Henrico M. Gallia & Navarra Regi Regnum hoc suum, sibi à maiori bus suis relictum, cùm tuendi & conseruandi (non minor enim est virtus parta cueri, quā illa comparare) tum etiam augendi amplificandi facultatem, quae voluntati eius respondeat, largiatur.

Nec verò Regnum tantum & Imperium suum Carolus. M. mul tarum gentium regionumq; accessione, sed etiam nominis sui famam atque gloriam magno cumulo auxit, ac longè lateq; propagauit. Hac enim clara & illustris virtutum, rerumq; gestarum vel præstantissimarum fama longè lateq; per totum terrarum orbem diffusa, tantum ei etiam apud remotos & à Christiano nomine abhorrentes populos atque Reges, amorem atque benevolentiam conciliauit, ut illi vñrò ac sua sponte non amicitiam solū, societatem atque fædera cum illo, missis legatis, literis, atq; etiam muneribus amplissimis, contrahere, verū etiam se potestati eius subiungere magnopere exopta rint. Virtus enim optima est & efficacissima, ut honoris atq; gloria, ita amoris & amicitiae conciliatrix, qua quidem etiam in hoste placet & delectat, ac cuius tanta quidem vis est, ut vel remotissimos longissimoq; locorum interualllo à se disiunctos, atque adeò alienissimos à se inuicem sibiq; inimicissimos amore, benevolentia, amicitiaq; copulet atque coniungat.

Iure igitur & merito Salomon Rex sapientissimus bonam hone stamq; famam vnguento fragrantissimo & saluberrimo comparat. Nam quemadmodum vnguentum odoriferum, suave & salutare effusum totam aliquam domum locumque compleat, & omnes eius incolas mira voluptate afficit, reficit ac recreat: ita nomen bonum & honestum, quod ex virtutibus & actionibus honestis promanat, homines mira voluptate perfundit, & ad amorem inuitat & allicit. Virtus, virtus inquam, hominum & potentissimorum & inimicissimorum vi etrix est atq; conciliatrix. Virtutum rerumq; gestarum fama parim amorem conciliat, parim terrorum hostibus contumacibus incuit. Unde Cicero: Conciliatrix amicitiae virtutes opinio. Idem virtus al licit & attrahit amicitias, ut magnes scilicet ferrum, Idem: Contra hit ami-

bit amicitiam virtus. Idem, Amicitiam & gignit & continet virtus. Idem, conciliat amicitias, & conseruat virtus. Ut igitur Carolus Magnus, magnus fuit virtutibus, magnus rebus gestis, ita magnus quoque fuit gloria, magnus amicitijs Regum & populorum florentissimorum & longinquisimorum, qui commoti & excitati fama eius virtutum rerumq; gestarum amicitiam eius ardenter appetiebant, in amiciciam illius sese contulerunt, illam sibi literis, legationibus, donis atque muneribus, quibus suis deniq; officijs comparare sedulò suuuerunt.

Adelphonsus itaq; Rex Galatiae sive Calletiae, & Asturie, sive Asturie (quae regio est Hispanie Tarraconensis, equis tollutarijs, qui inde Asturcones dicti, nobilitata) Rex potentissimus societate sibi eum deuincire studuit, nec verò eius tantum socius & amicus, sed quasi proprius, cliens, subditus per literas & nuncios suos sese appellari voluit. Similiter Scotorum Reges virtutibus eius atq; magnificentia deuineti, tanto illū amore, honore et obseruantia prosecuti sunt, vt non dubitarint illum suum appellare Dominum, seq; eius seruos & subditos haberi atq; nominari voluerint. Atq; huius quidem benevolentiae & obseruantiae testes fuerunt litera quædam ab ipsis ad illum scriptæ. Sic hodie quoque diuina benignitate, & Anglorum & Scotorum Rex atq; Regina, & Regni veriusq; proceres eximiam suam erga Henricum M. Gallorum & Nauarrorum Regem benevolentiam, obseruantiam, animorumq; propensionem re ipsa atque factis, hoc es; fidelissimi promptissimusq; suis auxilijs atq; officijs quotidie testificatur.

Quid dicam (vt ad Carolum M. reuertar) quod Aaron quoque Rex Persarum potentissimus, qui, excepta India, totius penè Orientis Imperium tenebat, tantam cum ipso amicitiam concordiamq; coluit, vt eius gratiam omnium ferè totius orbis Regum ac Principum gratiae longe præferret, imò illum quasi solum honore, amore, & obseruantia sibi colendum esse duceret. Quamobrem præter alia dona atque munera magnifica ei id petenti Elephantem, quem tum temporis solum habebat, ex longinquis illis oris dono misit. Præterea cum Caroli

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

Magni legati, quos cum donariis ad sanctissimum Domini & Salvatoris nostri sepulchrum locumque Resurrectionis miserant, ad eum venissent, eiq; Domini & Imperatoris sui voluntatem ac petitionem exposuissent, ille non solum illos humanissime liberalissimeq; excepit, & petitioni eorum plenè cumulateq; satisfecit, verum etiam sacram illum & salutarem locum potestati eius subiici & ascribi voluit. Postremò legatis eius domum redeuntibus itineris socios atq; comites adiunxit peritos & fidos cum vestibus, aromatibus, alijsq; quæ fert regio illa orientalis, donis amplissimis & preciosissimis.

Ut autem olim Constantinus quoque M. Persarum & alios Reges orientales barbaros muneribus, & quibuscumq; poterat officijs sibi conciliare, demulcere atque placare studebat, quo Christiani, qui imperio illorum potestatiq; erant subiecti, iustantè clementioribus & benignioribus vicerentur, adhuc donaria, ad sublevandam Christianorum illorum orientalium inopiam, mittere solebat: ita Carolus quoque M. pro pietate & religione sua (ut Eginhartus & post eum alij testantur) eundem morem & consuetudinem tenuit. Henricus M. etsi nec ipse occupationibus atq; molestijs infinitis obrutus, peregrinacionem huiusmodi ad Christi sepulchrum suscipere, vel legatos illuc cum donis mittere potest, nec id ad salutem necessarium esse existimat, tamen Christi sepulchrum quotidie adit, inuisit, frequentat, dum mortis, sepulcræ ac resurrectionis Christi salutiferæ, aliorumq; eius beneficiorum memoriam grata piaq; mente assidue recolit, unde solatia in rotantibusq; quibus conflictatur, laboribus, ærumnis, molestijs atq; periculis haurit maxima & saluberrima. Non etenim vel sepulchri, vel aliorum huiusmodi monumentorum sacrorum frequentatio, sed mortis passionisq; Christi frequens religiosaq; cum vera fide & pœnitentia recordatio ad salutem nostram propriè spectat. Dona etiam atq; munera ad Christi sepulchrum mittit, dum in Christi membra atq; vicarios hoc esse, pauperes & inopes suam liberalitatem exerit.

Præterea (ut ad Carolum M. redeam) ipsi quoq; Imperatores Constantinopolitani, ut Nicephorus, Michael, Leo, etsi antiquitus & Francorum

Francorum potentia, ut Romanis ita Gracis suspecta fuit & ini-
fassuixa perulgatum illud Graecorum dictum: φίγυνον φίλον ἔχει,
γέτοντα δὲ μὴ ἔχεις. Francum fac habeas amicum, sed non vic-
num, & hi ipsi Imperatores indignè molesteq; tulerunt Imperium Oc-
cidentale ad illum esse delatum, & idcirco ob suscepsum Imperatoris
nomen, potentia eius illis valde fuit suspecta, tamen amicitiam eius
sua sponte vehementer ambierunt, fœdus cum illo inierunt, quod ab y-
brisq; omni officiorum genere cultum fuit.

Ergò, ut hunc locum paucis concludam, quemadmodum Carolo
M. cum Rege Galatiae & Asturiae, cum Regibus Scotorum, cum
Aarone Rege Persarum potentissimo, cum Imperatoribus Constan-
tinopolitanis, ut Nicephoro, Michaelo & Leone ac multis alijs a-
amicitia intercessit ampla & splendida, multis viriis culta officijs:
Ita Dei beneficio Henricus Magnus proper virtutum, rerum gesta-
rum felicitatisq; famam clarissimam & celeberrimam multis Regi-
bus, Rebus publicis, populis orbis Christiani, ut Italos, Germanis, An-
glis, Scottis, Helvetiis, Rhenis, Sedunensibus, Danis, Polonis, Suetis,
Ungaris, Transylvanis, & alijs reuter amicissimis ac benevolentissi-
mis. Acque hi quidem legationibus, literis, gratulationibus, expeditio-
nibus militaribus, pecunijs, muniberibus, supplicationibus pro eius salu-
re publicis & priuatis, quam benè fideliterq; erga illum affecti anima-
tique sint, assidue testantur. Quin eti agentes à religione Christiana alie-
na, ut Turca, Persæ, Mosconitæ, virtutes eius admirantur atq; su-
spiciunt, ac proinde ei fauent, benè volunt, eū amant, colunt & obseruant.

Et hoc de veriusq; rebus gestis & virtutibus bellicis satis,
veniamus nūc ad res Urbanas, Politicas, Civiles. Cite lib. i. Offic. que-
rit, sine ne res bellicæ maiores, quam urbane, tandemq; concludit, cla-
riores quidem & splendidiores esse res bellicas togatis & urbanis,
sed ijs reuera inferiores, si diligentius & accuratius consyderentur.
Parua enim, inquit, sunt foris arma, nisi sit consilium domi. Contra
tamen idem, nimis pro ratione illius temporis & cause quam
agebat, in oratione pro Mariana res bellicas urbanis & togatis

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

affirmat longè esse anteponendas. Verùm nos omissa hac de disputa-
tione longiore, nunc videamus, quomodo uterque in Republica do-
mi constituenda & moderanda, gesserit, qua fuerint veriusque acta,
actionesue civiles & politicæ. Illud tamen non esse dubium, quin v-
triusq; maior ferè pars in bello potius, quam in pace fuerit consumpta.

Actionis porrò & administrationis urbanæ seu togatae membra
præcipua sunt, Leges, Magistratus, iudicia, ædificia, tributa, comitia
seu conuentus publici. Ut autem à postremo exordiar, Carolus Ma-
gnus conuentus cùm solennes, statos & ordinarios quotannis mense
Maio, pro patrio & antiquo more ac consuetudine, cùm quando tem-
pus, usus & necessitas id postulabat, extraordinarios indici ac cele-
brari diligenter curabat, in quibus à Regni proceribus atque principi-
bus ea consultari, atque decerni consueuerunt, quæ ad publicam &
communem totius Regni & Imperij utilitatem atque salutem perti-
nere videbantur, & ut contrà ea, quæ in Republica vitiosa, corrupta
& depravata fuerant, quæque ad publicam pestem & perniciem spe-
ctare videbantur, tollerentur, vel corrigerentur. Itaque finito ali-
quo bello, facto fædere, vel inducijs, ubi vel minima erat quies-
& facultas, atque adeò inter ipsa aliquando arma, in medio belli
cursu, cœtus huiusmodi atque comitia, quibus ipse non tantum in-
tererat, sed etiam præterat, indicere & conuocare consuevit, in
quibus nonnunquam non tantum de rebus politicis, sed etiam Ec-
clesiasticis, hoc est, ad religionem & Ecclesiam pertinentibus consul-
tabatur.

Norat etenim sapientissimus ille Imperator, utiles, imò necessa-
rios & Reipublica valde conducibiles esse publicos huiusmodi cœtus.
Cornelius Tacitus testatur, Britannos olim facile vinciri posuisse,
quod illi nunquam conuenirent, nec in commune consularent, quo nihil
hostibus eorum fuerit optatius & utilius. Ut igitur cœtuum & con-
uentuum huiusmodi publicorum intermissione & neglectio periculosa
valde est & damnoſa: ita contradicentes eorum usurpatio Reipu-
blice plurimum prodest, plurimum commodi afferit & emolumenti.

Quam-

Quamobrem ut Carolo M. Ita Henrico M. nihil posse esse gra-
tius & operatus, quam ut publicos huiusmodi procerum Regni conuen-
tus posse celebrare, nihilque ferè ei est maiori dolori, quam quod hostium
& perduellium suorum pertinacia & obstinatio cætus huiusmodi agi-
tandi omnem ferè ei facultatem adimit.

Secundum membrum sunt Leges, qua scitè vereq; Regnorum & re-
rum publ. vincula, columnæ, fulcra, fundamenta, mœnia & propugna-
cula appellantur, quas quidem vel ferendi & condendi, vel cognoscen-
di & intelligendi, vel seruandi, vel interpretandi, vel custodiendi &
conseruandi, vel etiam abrogandi cura, studium atq; munus propriè ad
summos magistratus pertinet. Vnde oraculo divino & quidem anti-
quissimo præceptum fuerit, ut simul atque Rex esset inauguratus, se-
dulo curaret, legis volumen diligenter describi, & ut eius ipse esset
affector atq; custos.

Iustinianus statim ab initio suarum institutionum Imperatoriam
matri statem, inquit, non solum armis decoratam, sed etiam legibus o-
portet esse armatam; ut verumq; tempus, bellerum & pacis redē pos-
se gubernari: & Princeps Romanus non solum in hostilibus prelijs
victor existens, sed etiam per legitimos tramites calumnianum ini-
quitates expellens, fiat tam iuriis religiosissimus, quam vicitis legibus
triumphator. His congruit pulcherrima & nunquam satis laudata
Imperatoris Theodosij M sententia. Ut prodesse, inquit, gentes bar-
baras nostri nominis Imperio mancipari, ita nostræ victoriae videbun-
tur obedientibus fructuose, si pacis commoda legum regulis compo-
nantur. Non absimili etiam sententia Imperator Martianus usus
est, cum scripsit, se id die ac nocte prospicere, ut vniuersi, qui sub suo
Imperio vinunt, & armorum præsidio ab hostili impetu muniantur,
ac in pace (legum nimirum beneficio) securitate potiantur. Caro-
lus igitur M. posse suscepimus imperiale nomen, quum animaduerte-
ret, multa legibus populi sui deesse (nam Franci duas habent leges, plu-
rimis in locis valde diuersas) cogitauit que deerant addere, & discre-
pancia vnire: prava quoq; ac perperam prolata corrigere. Sed in ijs

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

nibil aliud ab eo factum est, quām quōd pauca capitula, & ea imperfecta legibus addidit, Omnia tamen nationum, quae sub eius ditione erant, iura, quæ scripta non erant, describi ac literis mandari curauit.

Vnde patet quanta eius legum & quidem patiarum & antiquarū (nō enim temerē noua leges in Remp. sunt introducenda) cura atque studium fuerit. Hinc etiā apparet quando legis alicuius sententia obscura est & incerta, & verba sunt ambigua, Principē ipsum esse consilendū. Sicut & olim Iustinianus respondit, de ijs, quæ primūm consti tuantur, aut interpretatione, aut constitutione optimi Principis certius statuendum esse. Et Iustinianus ait: Si in præsenii tempore leges condere soli Imperatori concessum est, & leges interpretari solummodo dignum imperio esse oporeat. Observations etiam dignum quod non tam leges nouas ferre atq; condere, quām antiquas & patrias bene interpretari studuit: Nec legum copia, sed paucitate posius delectans est. Praestat multò legum paucitas cum bonis moribus, ac disciplina, legumq; illarum sanctio & obseruantia, quām legum vel opimarum & præstantissimaru copia & multitudo, sine earum sanctione & obseruantia, sine moribus & disciplina bona. Vnde Flaccus poëtarum sapientissimus non minus verē, quām eleganter cecinit.

Quid tristes, inquit querimonia

Si non suppicio culpa reciditur?

Quid leges sine moribus

Vana proficiunt?

Corruptriam esse Rempub. vbi plurima sunt decreta, usus & experientia rerum omnium magistra docet. Hinc Tacitus corruptissima Repub. plurimæ leges. Vbi plurimi medici sunt, ibi plurimes morbos esse necesse est, ut Plato & Strabo autores grauiissimi scripsissent. Apud maiores olim nostros plus boni mores, quām alibi bona leges valebant, quibus temporibus melior etiam erat Reipub. nostræ status.

Exemplo igitur Caroli M. decet Reges ac Principes leges antiquas ac patrias farta testas tueri, si quid in ijs iniquum collere, si quid dubium

dubium, perplexum, obscurum, discrepans, interpretari, si quid mutum & imperfectum addere, nec facile nouas leges fabricare, & in Rempub. introducere.

Carol. M. ergo, teste Auentino, vetustissima Francorum legi Salicæ capita quedam addidit, quasdam nouas sanxit, quas Abbas Ansgies conscripsit, ut de moneta, mensura, ponderibus, quæ per totum Imperium Ro. ad æqualitatem redegit.

Extant Constitutiones præcipuae Caroli M. de rebus Ecclesiasticis & ciuilibus à Lothario Nepote, ex Aui Constitutionum libris collectæ, quæ cum in cœnobio Tegernseeni diu deliciuissent, & multis in locis detritæ & tineis & blattis corrosoe, à librario etiam deformata fuissent, tandem in lucem editæ sunt anno XLV. cum scholijs, annotationibus, & præfatione ad Carolum v. Imp. Rom. Viti Amerpachij viri doctrina clarissimi. Ciwilium legum tituli (nam de Eccles postea) sunt de homicidijs & latrocinijs, de seruis fugacibus, de seruis Aldionibus, de cartis donationis faciendis, de libellarijs, de plateis vel cloacis curandis, de scabinis, de rerum nouarum, discordiarum, & contentionum studiofis, de bonis denarijs, de homicidijs, & alijs iniustitijs, quæ à fiscalinis fiunt, de collecto ad malefaciendum, de pontibus publicis destrictis, de tributis, de homicidijs in Ecclesijs vel in atrijs earum commissis, de falsa monetæ percussoribus, de orphanis, de notarijs. De periurio, de cerarijs, tabularijs atq; Castularijs, de sacramentis per gel donia inuicem coniurantibus, de thelonijs, de mancipijs, de prunijs, de furijs, de iniustis connubijs, de falsis testimonijis, de æquilibus ponderibus, mensuris, de mendicis vagantibus coercēdis, de usuris et fœnorib. de fugitiis & peregrinis, de medicinalibus, de incestuosis, de iustitijs regalibus, de armis & armatura, de negotiatoribus, de iuramento, de periurijs, de aduocatis, de falsis monetis, de aribanno, de censu regali, de incantationibus, augurijs & diuinationibus, de pace & concordia, de marca, de vasis regalibus, de baribanno, de ebrietate & propinacionibus. Singulas has leges ab eo latae commemorare, aut commendare nimis effet operosum, nec certè necessarium.

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

Non minor autem, quam Caroli M. olim fuit, hodie est Henrici M. leges diuinas & humanas, patrias praesertim tuendi & conservandi cura atque studium, ita ut illum vere romofulacca, id est, legum custodem tuorem ac patronum appellare possumus, quibus nouitatem, libereatatem atque salutem contineri, contraria autem illarum neglectionem, violationem certissimam esse Rerum publicarum ruinam atque interitum. Nec vero subditos tantum suos, sed etiam seipsum legibus illis alligatum teneri sibi planè persuaderet, iuxta sententiam Principum Ro. quæ extat in iure ciuili. Dignam maiestate Regnantis vocem, legibus se alligatum fateri Principem, quæ quidem Theodosij Imp. vox fuit atque sententia.

Tertium membrum politice administrationis est Magistratus, cuius, ut Cicero inquit, hec vis est, ut præsit præscribatq; recta & iustitia, & coniuncta cum legibus; ut enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus; vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. Magistratibus, (inquit idem auctor grauiissimus, qui omnes Romæ magistratus gesit) opus est sine quorum prudentia & diligentia ciuitas esse non potest, ac quorum descriptione omnis Reipub. moderatio continetur.

Magistratus autem proprium munus est, intelligere se gerere personam ciuitatis, debereque eius dignitatem & decus sustinere, servare leges, iura describere, ea fidei suæ commissa meminisse. Summis autem magistratibus, ut monarchis, Regibus, Imperatoribus, Principibus in inferioribus magistratib. creādis, seu eligēdis, seu coercendis, et abdicandis summa adhibēda est cura, prudentia, diligentia, ut sine personarū respectu eos potissimum magistratus creent, quorū cognita perspectaque illis est fides, iustitia, integritas, sapientia, prudentia, fortitudo, temperantia, continentia, charitas erga patrīam, Ecclesiā, Rēpubl. Constantinus M. in primis curauit, ut Reipub. administratione præficerentur Magistratus, qui & viri boni essent, & vera pie-

tate imbuti. Idem Caroli M. fuit studium, idem est^e hodie Henrici M. cui nihil est antiquius, quam ut spectatæ fidei, iustitiae, integratitudine viri publici præficiantur muneribus. Extant etiam eius quædam de magistratibus leges. Magistratibus autem non permittenda infinita potestas, ita ut illis liceat, quiequid illis liber, sed certis definita terminis atque cancellis. Magistratus itaque Carolus M. in officio & obsequio continuo, oculos in illos habuit intentos, non infinitam & effrænam illis quiduis præ libidine sua agendi licentiam permisit.

Etsi verò non facile & temerè ut nouæ sunt condendæ, ferendæ, & Reipub. imponendæ leges, ita noui, & inusitati antea instituendi sunt magistratus; tamen ratio, ius, necessitas id sèpè postulat, seu potius flagitat, ut multis exemplis comprobari posset. Itaque Carolus quoque M. certis causis & rationibus adductus & impulsus, cùm id Reipub. Regnique sui virilitatem atque salutem requirere ac postulare animaduerteret, nouū illum XII. Parium, uti vocantur, magistratum instituit ad Regū, ut est verisimile (cuiusmodi fuerunt Ephori apud Lacedæmonios, Tribuni pleb. apud Romanos) vim potestatemque salutari temperamento moderandam.

Confecto igitur tricennali illo bello Saxonico in Hispaniam magna collecta manu prefecturus, Saracenos perpetuos religionis Christianæ hostes ab Hispania finibus arcendi gratia, illud XII. Franciæ Parium Sodalitium sive Collegium instituit, qui proxima secundum Regem, ac velut pari (vnde nomen habent) dignitate essent. Sunt tamen qui XII. Franciæ primorum originem ad Arturum Britanniæ Regem referunt, qui Franciam per aliquot annos tenuit. Horum tanta olim fuit autoritas, ut de rebus omnibus ad Rem pub. pertinentibus ad eos referret Rex, si qua controvërsia inter proceres esset, horum arbitrio componeretur: si quod crimen admissum ad exemplum pertineret, horum disquisitiō sententijs iudicaretur, denique penes eos erat rerum summa. Nam fœdera feriebant, bellaque iubebant; quos Latinè ea causa patricios putat appellandos Budæus, quasi pa-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

tres communes Reipub. quorum speciem quandam præferabant obo-
tiquoi apud Persas, æqualis propè cum Rege dignitatis. Horum vero,
ut & aliorum magistratum dignitatem auctoritatemque Henricus
M. cupit sartam testam tueri & conseruare: qui quidem in illo tue-
do & defendendo fidem ei ac strenuam nauant operam.

Quartum ciuilis gubernationis membrum sunt Iudicia, quæ, ut re-
git Cicero, aut distractiendarum controvrsiarum, aut puniendorum ma-
lescorum causa sunt reperta. Hæc Carolo Magno maxima fuerunt
cura, ut iustè sincerè & integrè fierent, cum sciret in iudiciorum in-
tegritate totius Reipab. salutem consistere, ijs vero corruptis &
adulteratis proximam esse ruinam & interitum. Cum itaque corrupta
essent suo tempore iudicia, Iosiae, Ezechiae, Constantini Magni, &
aliorum Regum ac Imperatorum clarissimorum exemplo, omni suo la-
bore opera atque studio elaborauit, ut illa puritati & integritati re-
stituerentur, & ea, qua pars est, fide, æquitate atque iustitia exerce-
rentur. Hac de causa Galliam in quinos conuentus duxit, Viennen-
sem, Lugdunensem, Senonensem, Rothomagensem, Rhemensem,
quibus cætera oppida adiunxit, & eorum unum quodque in finitimo
sibi conuentu ius petere iussum erat. Apud Germanos similiter Cis-
rhenanos, qui in Gallia, Belgica, Celtaque habitant, iuridici con-
uentus instituti sunt Vesontius, Moguncius, Treverensis, Agrip-
pinensis, Cameracensis. Idem sanxit ut in primaria cuiusque regio-
nis vrbe, quam Metropolim Graci vocant, Pontifex & Prator
ter quotannis, Aprili & Octobri ius dicerent, responsa redderent: &
primum pauperes, viduas, pupilos, data illis prudentissimo fidelissi-
moque patrone, diligentissime audirent, inimicos sibi iniucem reconci-
liarent, et in gratiam reducerent. Utuit grauter ne illi lices in diem
pleres, Pontifices, præfectos, si qui eorum in gratiam & concordiam
redire nollent, ad se haud aliò delegarent. Sumptuarium præterea de-
cretum de certa iudicium mercede promulgavit. Extant multæ præ-
claræ, viiles & salutares eius de iure bene dicendo constitutiones at-
que

que leges. Nec verò ab alijs tantum iudicia iuslè castèque exerceri curauit, verùm etiam ipse in iure dicendo assiduus fui ac diligens, ita ut teste Eginbarto, nonnunquam mane interea dum culcearesur ac vestirerur, non tantum amicos admitteret, verùm etiam si Palatijs Comes aliquam litem dicebat, quæ sine eius iussu definiri atq; decidi non poterat, statim litigantes introduci iusserru, & velut pro tribunali sederet, lite cognita, sententiam dicerit.

Sanxit etiam ut fures & homicidae, & alij huiusmodi criminum rei ad templo & asyla confugientes repererentur, ac vi inde striperentur. Ac omnino Caroli M. quanta fuerit in iudicis iustitia & seueritas illa Vestphalici iudicij constitutio aperiè declarat, de qua vide Aueninum.

Hac quoque in parte Henricus Magnus agnatum & prædecesorem illum suum Magnum strenuè seduloque imitatur, qui omni suo studio atque opera eniuit & elaborat, ut parlamenta, fora, tribunalia, iudicia corrupta valde & adulterata pristino suo splendori atque dignitati restituantur, ut iudices spectata fidei, probitatis, integritatis atq; sapientiae deligantur, ut ius in q; suum citra προσωποληφιαν οποδοξιαν, sine personarum respectu, & munerum acceptione reddatur. Nec verò alijs tantum hanc iudicariam potestatem permittit ad illam exercendam aptis ei idoneis, sed ipsem et in iure dicendo nulli operæ atque labori suo parcit. Quibusuis vel vilissimæ & abiectissimæ sortis conditionisq; hominibus facilissimi sunt ad illum editus, pauperum, inopum, orphanorum, viduarum, ne potentum et opulentiorum in via atq; calumnijs circumueniantur, circumscribantur & opprimantur, paternam curam gerit, summariq; cautionem adhibet, ita ut huiusmodi hominum miserorum verè asylum, portus atq; perfugium dici mereatur. Ut ergo igitur imitatus est Constantinum illum Magnum, ad quem infimo cuique facilissimus semper patuit accessus. Is quoque cum aulam suam velleret esse quasi asylum innocentia, armis saluis, perfugium atque praesidium miseri & afflatis, constitutionem edidit pro & bono Principe dignam, ut pupilli, viduae,

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

infirmi, & aliæ personæ, ut appellantur, miserabiles, in suis tantiū
domicilijs, prouinciaue conueniantur: neque ullo Principis rescri-
peo possint inuiti alio pertrahi, ne in ipsius quidem Imperatoris aulam.
Ipsis tamen ut integrum sit ac liberum, si alicuius potentiam refor-
midant, eò recurrere, & aduersarium ad Principis cognitionem at-
que tribunal reuocare. Utinam omnes Reges, Principes ac Magistra-
tus Christiani hac in parte, ut etiā in alijs, tres hosce Reges ac Impe-
ratores verè magnos, immò maximos imitarentur potius, quam Phi-
lippum illum Macedonum Regem, qui aniculam quandā ab eo con-
flagitantem, ut causam suam audiret, à se repulit, dicens, sibi tantum
non esse otij, ut audiret vulgi causas. Huic illa, Ne sis igitur, in-
quit, Rex: quo dicto scire verequè significauit Regis ac Principis
proprium munus esse audire vulgi, & quorumuis vel infimæ sortis ho-
minum causas, cui quidem officio qui desit, illum Regis titulo & ho-
nore esse indignissimum. Et certè diuinatus tutela orphanorum, vi-
duarum, & talium personarum, quas potentiorum iniurijs constat
obnoxias esse & expositas, Regum & Principum fidei commissa est.
Et hac de iudicijs.

Quintum politicae & civilis administrationis membrū sunt Tri-
buta & Vettigalia Publica, in quibus verè Cicero & Reipub. vniuer-
sæ neruos, & belli subsidia, & pacis ornamenta esse dixit, ita ut nullū
sine his, quemadmodum Ulpianus quoq; iuris consultus sapienter quo-
dam in loco monuit, Imperij tanquam corpus confistere, aut contineri
possit. Non tacendum etiam hic Cor. Taciti grauiissimi scriptorū di-
ctum eximium: Neq; quietem gratiam sine armis, neq; arma sine stipen-
dijs, neq; stipendia sine tributis haberi posse. Nulla itaque religio ve-
rat aut vettigalia, aut tributa vel imponere subditis, vel exigere, que
Christus, Apostoli & Ecclesiæ primitiæ Christiani Regibus, Impera-
toribus, Principibus quantumuis idololatrica et impia pendenda esse
partim exemplo suo, partim verbis docuerunt. Verum in tributis hu-
mmodi vel imponendis, vel exigendis, vel etiam nonnunquam remitten-
dis iustus et æquus Regibus, Principib; et Magistratibus est tenendus
modus.

modus. Dent itaq; operā, vt iusto et æquabili modo exigātur, et quæ ex
al. sunt, nō in v̄sus priuatos, sed in Reip. v̄sum impendantur. Non re-
mittero debent vniuersa vestigalia, quod Neronē aliquando cogitasse
Sueton. scribit, sed Senatū, laudata hac eius animi magnitudine, obſti-
tisse, cūm diceret, hanc totius Imperij dissolutionē fore. Non etiā rigi-
de nimis à quibusvis & quasvis ob res exigenda. Vespasianum legi-
mus pro infami folidaq; sua auaritia ab ipsis quoq; mendicis non
tam tributum, quām stipem atque adeò ex loco quoque exigere fuisse
solitum. Vnde filio eius folidum & impurum hoc tributi genus re-
prehendenti, pecuniam ex prima pensione collectā, admouit ad nares,
sciscitans, num odore offendetur, & illo negante: Atqui, inquit, è lo-
cio eſc. C. Caligulam quoque, monstrum illud naturæ noua, inusita-
ta & inaudita non pér publicanos tantum, sed etiam per centuriones,
tribunosq; prætorianos, ab omni hominum genere pro edulij, quæ to-
ta vrbe venirent, pro litibus atq; iudicijs, ex matrimonij, ex lenoci-
nij, quæstu meretricio, & id generis exigi curauit. Sed detestantes
& execrantes boni Principes & Magistratus huiusmodi tributa,
contrà meminerint dicti Tiberij: Boni pastorū esse condere pecus, non
degubere. Is enim cūm haberet & æarium & fiscum valde attritum,
& multis bellorum calamitatibus afflictum, remisit populo aliquando
partem quandam vestigalis cuiusdam, quod fisco pendi quotannis fo-
lebat. Censuisse quidem Iulium quoque Cæarem produnt, olim in Se-
natū tertiam parrem tributorum remittendam esse. Sed de alieno li-
beralis, non populo & Republicæ consulendi causa, sed auræ popula-
ris captandæ, & hoc pacto viam sibi ad tyrannidem, quam affectabat,
sternendi muniendiq; causa id fecerat. Mediocritatem hanc auream,
iustum & æquabilem in tributis Carolum M. legimus adhibuisse, ita
vt & tributa atque vestigalia, sicut etiam decimas atque nonas ad
Republicæ Ecclesiæq; v̄sum necessarium exigi iusto debitoq; modo cu-
rauerit (id quod insignes aliquot eius de thelonijs, de portorijs, de ve-
stigalibus, de tributis, de decimis & nonis leges testantur) Et amon ea
ipsa in re moderatum fese præbuerit, minimeq; populū & subditos suos

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO;

nimirum grauibus tributis atque vestigalibus, & rigidis acerbusq; tributorum atque vestigalium exactiōibus oneri, premi ac tantum non opprimi sit passus. Nam ut in tributis sciebat esse Reipub. neruos, ut paulo antea ex Cicerone dictum est, ita non ignorabat verum esse illud Traiani Imperat. dictum, Fiscum esse veluti lienem, quo increscente, reliqua membra imminui atque contabescere est necesse. Non minor autem hac quoque in parte est Henrici nostri M. laus atq; gloria, qui, licet araria atq; fisci Regij diurno isto bello ciuili exinaniti sunt atq; exhausti, ita ut tributorum & vestigalium, vel nouorum impositio, vel antiquorum exactio non iusta solum, sed etiam penē necessaria esse videatur, tamen Tiberij illius Imperat. cuius paulo antea facta est mentio, imitatione populi sui, quem similiter diu urna ista belli intestini tempestate atq; calamitate exhaustum, & ad extrema egestatis terminos redactum esse nouit, pia Christianaq; commiseratione tactus, illum tributorum & vestigalium onere quibusvis modis curat reuenari. Quod si enim Vlpianus non dubitauit pronuntiare, sterilitatis causam esse iustissimam, propter quam possessores tributis reueňuntur, quo nomine etiam priuati Domini suis colonis mercedem remittunt, Rex hic iustissimus & piissimus non minus iustas & aquas, subditos suos miserrimos, non unius, duorum, trium aut paucorum, sed triginta & amplius annorum horrendis miserandisq; direptionibus, deprædationibus, agrorum oppidorumq; deuastationibus & depopulationibus diuexatos, afflictos, attenuatos & attritos, reueandi hoc tributorum & vestigalium onere causas habere se existimat.

Sextum administrationis politice membrum sunt Aedificia. Regia profectores est & Principibus digna aedificare, & non minus saepè Dominius domo, quam domus Domino cohonestari ac decorari consuevit. Unde Martialis duas ob causas optauit diuitias, scilicet ut donet, & aedificet. Sed ut omnibus alijs in actionibus, ita in aedificando non priuatis solum hominibus, sed etiam Regibus, Principibus & Magistris tenendus est modus, nec imitandus Nero, qui, ut scribit Suetonius, nulla alia ferè in re Reipub fuit damnosior, quam quod in aedificando

cando omnem ferè modum exceſſit. Sic Reges, Principes & Magistratus non nulli ædificat urientes, hoc est, infaciabili & infano suo ædificandi studio fiscum, ærarium, publicas & priuatas opes exhauiunt (unde egestas publica & priuata) & ſapè ex ſubditorum ſuorum ſanguine ædificant, qui clamorem tandem collit in cælum, Deum ad iram, ad iuſtam grauemq; vindictam prouocans.

Carolus M. ceu ædilis induſtrius ac fideliſ ædes & ædificia publica cùm prophana, cùm præcipue ſacra, item pontes, naues, portus, vias ſarcas ſedtas conſeruari, & vel retuſate collapſas, vel vi tempeſtatum hominumq; dirutas reædificari & restaurari curauit, qua de re extant aliquot ſeuera eius conſtitutiones, quibus eam curam pontificibus, Epſcopos finitimiſ, prætorib. ac præfetiſ ſuis demandauit, & qui dem ut ædes in primis ſacras ex bonis Eccleſiaſticis refici curent, iijdem præcipit. Deinde Carolus Magnus non ſuperbia, arrogantia, ambitione, ſed Dei gloria, charitate erga patriam, Rēpublicam & Eccleſiam duciſ, ædificia cùm ſacra, tūm prophana ad Eccleſia Re-gniq; decus, dignitatē arg. præſidium, in diuerſis Imperij ſui partibus extri curauit, ac quædam inchoauit, quædam etiam perfecit. Basilica Aquigranensis (qua in orbe nobilissima, olim Vegerra dicta, ſepultus iacet) propter amorem Dei & Domini nostri Iefu Christi, & ob honorem ſanctæ & æternae virginis genetricis eius, ut Eginhartius scribit, admirabilio opere, proprieq; eius ſumptu fuit coſtructa. Pons propè Maguntiam in Rheno lignius, i. poffum longitudine, qui cum decem annorum ſpacio conſtructus, ſubiuò & fortuiò totus tribus horis ante eius mortem conſtrigat, eum reædificare & lapideū facere conſtituerat. Palatia duæ inchoauit eg. ej. operis: Vnum Nouiomagi (quam orbem recens illuſtrifimus & omni laude dignissimus Mauritius Comes Nassauus occupauit) ſuper Vuahalem fluium, qui Batavorum inſilam à parte meridiana præterfluit Alterum non procul à Moguntiaco ſeu Moguntia iuxta Ingeheim, ubi nonnulli illum volant efficiunt. Praeterea claffibus ædificati, & per omnes portus & oſta fluminum ſtationibus & excubij diſpoſitus, cum Ita-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

liam à Mauris , tūm Galliam & Germaniam à Northmannis & alijs nationibus barbaris tutam reddidit. Et vt olim Constantinus Magnus & Byzantium à Septimio Seuero funditus euer sum , cūm annis propè centum in cineribus iacuisse, erexit & instaurauit, ita vt Imperij doctrinæ, legum ac literarum sedes & custos fuerit (unde etiam ab illo fuit Constantinopolis dicta) & Augustodunum Hedourum à Gallieno Imp. dirutum restituit, vt ab auctore suo Flauio Constantino Flavia sit appellata: sic Carolus M. Florentiam urbem distractam reparauit, & florentem verè reddidit.

Henricus M. Gallia & Nauarræ Rex maximo dolore afficitur, quod Martis vi, imperio & furore multa paßim in urbibus, & in agriis, splendidissima, amplissima ac magnificentissima cūm sacra, tūm prophana ædificia videt ac audit quotidie deformari, concremari, solo aquari, dirui ac disturbari. Nihil illi contrà gratius & optatus esse posset, quam vt illa sarta testa manerent. Itaque quocunque potes modo (nisi summa ueritas & perdita profligataq; quorundam subditorum eius peruicacia illum contra naturam et consuetudinem suam facere cogat) ædificijs quibusvis parcit, cuius quidem rei omnes, qui sub illo, & cum illo, & pro illo militant, ei testimonium perhibent. Non enim sibi cum ædificijs inanimatis, sed cum hostibus & perduelibus obstinatisimis bellandum atque pugnandum esse dicere solet. His adde, quod vt Carolus M. Florentiam urbem sua liberalitate instaurauit, ita hodie quoq; inter illustrissimum Principem Florentium , Archiducem Hetruriæ, & Henricum M. maxima intercedit amicitia.

Venio ad res actionesq; illius cūm Ecclesiasticas tūm Scholasticas, hoc est, partim ad Ecclesiā, partim ad Scholam pertinentes. Primo ergo religionem Christianam, vt inquit Eginhartus, qua ab infantia furat imbutus, sanctissime, & cum summa pietate ac reverentia coluit. Sic Henricus M. religionem Christianam, quam cum matris pene lacte imbutus, & in qua à teneris vnguiculis institutus fuit & imbutus, sanctè & constanter colit.

Nec

Nec verò Christianæ religionis tantum cultor Carolus M. extitit, verùm eciam Ecclesiæ pariter atq; religionis Christianæ propagator & propugnator aduersus barbaras gentes à Christiana religione abhorrentes illiusq; odio flagrantibus acerrimus & grauissimus. Itaque non tam Regni corporei et terreni, quā Regni Christi & cœlestis fines atq; pomæria extendere, proferre ac longè lateq; propagare omnibus opibus atque viribus suis es̄ conatus. M. Tullius Regum, Principum ac Magistratum munus & officium uno quasi fasce complectens. Verè sapienterq; dixit, Reipublicæ benè constitutæ fundamenta atque membra, que tuenda Principibus & vel capitis periculo defenda sint, hac esse: Religiones, potestates Magistratum, leges, iudicia, iurisdictionem, fidem, rem militarem, ærarium. Harum rerum tot & tantarum defensorem & patronum esse, in quorum numero merito reponendus Carolus Magnus, & eius gentilis & successor Henricus M.) magni ait esse animi, magni ingenij magnæq; constantiae. Religionis autem non sine causa primò meminit, propterea quod dilata non modò Ecclesiæ, sed etiam Reipub. (qua sine religione latrociniū potius, quam Respub, dici mereatur) ac omnium reliquarum virtutum es̄ fundamentum atque caput,

Porro Carolus Magnus religionem Christianam non vi, armis, tormentis, & supplicijs diris ac funestis, sed exemplo vita piæ, sanctæ & religiose, lenitate, mansuetudine atque patientia, ieiunijs, votis atque precibus, ad nonitionibus & institutionibus grauibus, legibus, editiis ac constitutionibus sanctis, denique Synodis sive Nationalibus, sive œcumenicis & vniuersalibus tuendam, conservandam, promouendam ac propagandam esse ducebatur. Eadem Henrici quoq; M. mens es̄ arq; sententia, idem consilium, idem deniq; conatus pietatis sapientiaq; plenissimus.

Ac quoniam Conciliorum seu Synodorum hic facta es̄ mentio, certo certius es̄, ut constat ex primitiva Ecclesiæ historia, antiquos illos Imperatores & Reges Christianos exortis in Ecclesia turbis, schismatibus, erroribus, heresibus, abusibus, regnantibus & dominan-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

tibus virtijs, sceleribus atq; flagitijs, nihil satius, nihil sanius & salutarius iudicasse, quam Synodum sive Concilium cogere, in quo tanquam in sacro sancto Senatu & parlamento, causa cognita, collatio sententijs, re cum re, causa cum causa, ratione cum ratione collata, con trouseris dirimerentur. Hoc illi pacts huiuscemodi Ecclesiae morbos, vulnera atque ulceras opime curari atque sanari posse arbitrabantur. Nec ulla his Ecclesie sanande melior illis & salutarior videbatur esse medicina. Concilia etenim iusta, legitima & libera Ecclesiae nerui, muri, munimenta, firmamenta, heres, errorum, abusuum, scelerum & flagitorum antipharmaca sive antidota atque remedia vere meritoq; appellari possunt. Idcirco Licinius impius & improbus Constantini M. collega, religionis Christianae hostis immanissimus, omni studio Episcoporum conuentus impedire ac dissipare consueverat, propterea quod pro sua asturia & calliditate, nihil ad pacem, quietem & tranquillitatem, ad doctrinam religionemq; veram tuendam, conservandam ac stabiliendam, ad errores, heres, schismata cauenda, evitanda atque tollenda his comitijs utilius, fructuosius & efficacius esse cernebat.

Has autem Synodos cum nationales, cum Catholicas seu Universales indicendi & cogendi potestas iam inde ab Constantini M. temporibus fuit penes Casares, Imperatores & Reges. Sic Theodosius M. Constantinopolitanam, Theodosius alter Ephesinam, & Martianus Chalcedonensem coegit, ut de posterioribus raceam. Id Hieronymi quoque auctoritate & testimonio comprobari potest, qui testatur, id suis temporibus non modis factum fuisse, sed etiam fieri debuisse. Cum enim Synodum quandam, quam obijciebat Ruffinus, confitam esse contuleret: Doce, inquit, quis Imperator eam iussit congregari: & alio loco meminit imperialium literarum, que Orientis & Occidentis Episcopos, propter quadam Ecclesiarum dissidia, Romanam pertransiissent.

Carolus itaq; M. cum suis temporibus Ecclesiam animaduertisset multis nauis atq; maculis esse deformatam, & schismatibus, dissidj; factionibus,

factionibus, erroribus & bæresibus non paucis laborare. Constantini
M. Theodosij M. Theodosij secundi, Arcadij, Honorij, Gratiani,
Martiani, Valentiniani & aliorum Imperatorum Christianorum
(penes quos solos antiquitus Concilia indicendi atq; cogendi erat potes-
tas) exemplo ac imitatione, non vnam tantum, et alteram, sed v. Sy-
nodos sive Concilia reformatoria, uti vocantur, convocari celebrariq;
auctoritate sua curauit, ad Ecclesiæ pacem & tranquillitatem conci-
liandam, & antistitium vitia & errores corrigendos & emendandos.
Nec verò Synodos has Carolus M. solum in dicti curauit, et cogi, sed
etiam illis & interfuit & præfuit, nec in illis se præbuit quasi xwqd
xp̄o πονον, sed cum presentia & auctoritate, tūm monitis præcepit,
consilijs suis religiosissimis & sapientissimis ornatuit & adiuvit.

Hodie Henricus similiter M. nihil magis expetit & exoptat,
quam vt & Comitia politica, res politicas & ciuiles, ipsamque adeò
Rempublicam totam constituendi gratia, et sacras sive Ecclesiasticas,
res ad Ecclesiastam & religionem pertinentes componendi causa, con-
vocare atq; celebrare posse: quod ipsum statim ab initio suæ successio-
nis in hoc Regno sanctè se facturum affirmauit atque promisit. Hoc
ipsum vt semper habet in animo, ita semper quoq; habet in ore. Vide
enim pro sua prudentia, id non modò vtile esse & fructuosum, sed e-
tiam ad continentiam Reipublicæ & Ecclesiæ disciplinam ferè neces-
sarium. Quamobrem grauiter dolet, et agrè molesteq; fere, id sibi per
hostes suos non licere, qui ipsius maiestatem, rotumq; Regnum effra-
nata bac indomit & quæ sua contumacia ita diuexant, exagitant, per-
turpant, ut pax & resiprandi, nedum Synodos atque Concilia indicen-
di & habendi si facultas.

Quod si enim antiquis illis temporibus, quibus Carolus M. floruit,
quando vita & religio Christianorum non ita erat corrupta, opus erat
Synodis atq; Concilijs, unde Carolus M. non vnum & alterum, sed
plura coegit: quando magis perditis his nostris temporibus, quibus non
vulgi tantum & laicorum, ut vocantur, sed ipsorum Ecclesiæ anti-
stitium (qui tamen eius lumina atq; columna haberi volunt) longè cor-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

ruptior & viriosior est & doctrina & vita, opus est huiusmodi Synodorum quasi medicamentis, quibus non modo Romanae, sed etiam Reformatæ Ecclesiæ, ut vulgo appellantur, reformatur, & à multis natus atq; maculis repurgentur. Nam si verum fateri licet, non Romanæ solum Ecclesiæ, sed etiam quaæ Reformatæ & Euangelicæ votari & haberi volunt, reformatione vehementer indigent, cùm ipsæ quoq; multis in locis cùm vitorum scelerum & flagitorum licentia, cùm erroribus, hæresibus, dissensionibus grauissimis laborent. Ecclesiæ itaq; reformationē ceu valde necessariam alij quoq; Imperatores, Cæsares & Reges Christiani vehementer flagitarūt à Pontificibus Ro- sed nihil fere abduc impetrare potuerunt. Sigismundi Imp. quantum bac in re studium exiuerit, acta eius satis testantur. Is consultaneibus quondam secum Cardinalibus nonnullis de Reformatione Ecclesiæ, et dicentibus illam inchoari oportere à Minoritis, festinè respondit, non à Minoritis, sed à Maioritis.

Huius rei testis quoq; est aureus verè libellus centū grauaminum, ut vocant, importabilium à toto Imperio in comitijs Norinberg. anno M. D. XII. Adriano Pont. Ro. oblatus. Adrianus, illo accepto, liberè confessus est, turbas atq; mala ista præsentia omnia à Curia Ro. proficiisci, ac pollicitus est, se daturum operam, ut reformatio institua- tur, & ut morbus inde ad omnia membra emanauit, inde etiam sa- nitas exoriatur. Sed morbum hunc esse inueteratum, & idcirco pede- tentim esse curandum.

Porro caput & fundamentum ut religionis, ita Synodorum & Comitiorū huiusmodi iudicari debet scriptura Canonica, Prophetica & Apostolica, ad quam ceu normam & regulam certā & rectam omnia dogmata controversia explorari debent. Sacra enim literæ sunt veluti tabula à Deo consignata, quarum oraculis religionis controversia de- finiantur, quarum iudicio verum à falso discerni, & ad quam denique tanquam ad regulam non dubiam, incertam, fallacem, sed certam & veram tota Ecclesiæ doctrina exploretur, à qua vel latum vnguem, quando de religione agitur, discedere nefas. Si enim ciuilis iuris di-

ctio scri-

Eis scriptis legibus magis regitur, quās arbitrio Magistratus: Si apud Romanos à Prætoris formula olim iudex datus recedere non potuit in iudicando, quantò minus nos, cùm de diuinis quaestio est, à superenti illius nostri legislatoris & iudicis scriptis, legibus, sententijs ac statutis recedere decet. Id piè sapienterque olim sensit Constantinus ille Magnus, qui idcirco in Synodo illa Nicæna omnium Synodorum & Conciliorum, quæ postea acta sunt, facile principi C C C, circiter patribus ex toto terrarum orbe congregatis, hanc ipsam aurea legem, quam sequerentur, præscripsit, cuius hec sunt verba, memoria sane perpetua dignissima. Εὐαγγελικαὶ βιβλοὶ καὶ διπολικαὶ, καὶ τῷ παλαιῷ προφῆτῃ τῇ δεσποινατα ταφῶς ἡμᾶς ὀχρη τε τὸ θεῖον φρονεῖν καταδείνυστι. Τέλος πολέμου ἐν ἀπελασταρεῖ τέλος ἔριν, καὶ τῷ θεοπνεύτῳ λόγῳ πολέμων τῷ ζητέμενον τέλος πίστιν. Pia, sancta et sapientia hæc fuit sapientis et religiosi illius Imperatoris constitutio, quæ multis præterea deinde alijs & Episcopis & Principibus sanctus vehementer placuit. Ambrosius ad Gratianum Imp. scribens: Scripturæ, inquit, interrogentur, interrogentur Apostoli, interrogentur Prophetæ, interrogetur Christus. Augustinus similiter cum Petilio Donatiano congressurus, hos in primis postulat arbitros. Non audiemus, inquit, hæc dico, hæc dicis: sed audiamus, hæc dicit Dominus. Sunt certè libri Domini, quorum auctoritati verique consentimus, verique credimus, verique seruimus. Ibi queramus Ecclesiam, ibi discutiamus causam nostram. Idem narrat Theodosium, cum iussisset conuenire Synodum Carthaginem, in qua Episcopi Donatiani cum Orthodoxis confortent, huic collationi (ut appellabatur) hanc legem præscriptisse, ut superstitione manifesta ratio refutaret. Christianos autem in primis protestatos, in ea, quærum agrabatur, quaestione, non nisi scripturarum diuinarum testimonij ut sese velle. Constantinus quoque Paganatus, cum propter Monothelitas Synodum Constantinopolitanam coegisset, Episcopos, qui conuerant, monuisse dicitur, ut posita contentione verum inquirerent, ex ipsa, etiam Bibliotheca Constantinopolitana depromptos sacrarum literarum libros ijs proposuisset.

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

Eadem igitur fuit Caroli M. mens atque sententia, qui quantum
sacris et Canonicis literis tribuerit, tū ex eo patet, quod omnes veteris
& noui Testamenti libros, librariorum imperitia, lectorum oscita-
tia, interpretum inscitia, & incuria temporū deprauatos, ad amissim
veritatis, & fontis correxit, & quod nouum Testamentum non du-
bitavit in linguam Germanicam conuercere: tū n̄ ex n̄ uultus, qua al-
legari possent, praeclaris laculentisq; ius sententijs. Huiusmodi est
illa in p̄fatione libri scripti aduersus Synodum septimam de idolo-
latria. Ibi grauiſſimē inuebitur in illos religionis Ecclesieque antiſſi-
tes, qui, ut inquit, postposita ſana ſobriaque doctrina, & parui penden-
tes illud Apostolicum, si quis Euangelizauerit vobis preter id quod
Euangelizatum eſt, etſi angelus fit, anathema fit, & transgredientes
contra Prophetica institutionē terminos maiorum, per infames et in-
ſepiſſimas synodos Ecclesie inferre conantur, quod nec Saluator, nec
Apostoli intulisse noſcuntur.

Sic Henricus quoque Magnus secundum veriſſimam hanc pri-
ſcorum illorum Eccleſia & Reipublicæ Christianæ Imperatorum &
Patrum, Episcoporumque ſententiam, ſanctam diuinam & Canoni-
cam ſcripturam ſentit & iudicat, quarumvis de religione controuer-
ſiarum iudicem, & arbitram eſſe optimam ac perfectiſſimam, & ad
illam ceu lydium lapidem quamuis doctrinam eſſe explorandam, ad
hunc Canonem (unde ſic dicta eſt) hoc eſt, normam atque regu-
lam diuinam & celestem, & religionem, & Eccleſiam, eiusque docto-
rum & poftorum vitam pariter atque doctrinam conformari, & ſi
opus fit, reformari debere. Ex hac ſi quis illum ipsum alicuius erro-
ris, hærefis, ſuperſtitionis, opinione prava conuicerit & meliorem
ſanctiorē que doctrinam edocuerit, publicè libereque professus iam
aliquoties eſt, & adhuc profiteretur ſe pia debita iuſtaque cum erga
Deum, cum erga homines (meliora cum docentes) animi gratitudi-
ne libeniſſime, depofita abieciſque ea, in qua ſit natus, educatus &
inſtitutus à teneris vnguiculis, religione, aliam ambabuſ, quid di-
citur vlnis, magna cum animi laetitia amplexurum, culcurum, &
quibusuit

quibus suis alijs eiusdem amplectendæ & colendæ fidelem auctorem,
suasorem & impulsorem suorum.

Iam vero cum ad religionem & Ecclesiam bene docendam, re-
gendarum & moderandam certi requirantur homines, quorum necesse
est, ut & iusta legitimaque sit vocatio, & sana doctrina, & sancta
religiosaque vita: cumque eorum munus seu ministerium sa-
craum, & Ecclesiasticum partim in verbi diuinæ prædicatione, partim
sacramentorum, quæ à Christo instituta sunt, & disciplina iusta le-
gitimaque administratione consistat: cum denique ad hæc omnia ob-
eunda requirantur, & loca sive templæ, & dies certi, & vasæ seu in-
strumenta sacra, de his omnibus extant quædam eiusdem Imper. glo-
riofissimi constitutiones, quæ partim ex Canone sacrarum literarum,
partim Conciliorum cum antiquorum, cum recentium, quæ illius au-
spicijs & auctoritate habita sunt, Canonibus atque decretis fuerunt
de prompta.

In Episcoporum igitur primò omnium, seu pastorum & præsidum
Ecclesia delectu atque vocatione summam religiosamque curam &
cautionem adhibuit, ne quis ad augustinum & sacrosanctum illud mu-
nus nisi dignus, hoc est, spectare probaretque cum doctrinæ & eru-
ditionis, cum pietatis & probitatis viras cicereretur. Hac de re sic A-
uentinus. In Episcoporum senatum, inquit, haud temere quenquam
adlegit: eruditonem atque bonitatem in illis coopeandis potissimum
spectauit: Nominem nisi iam antea sibi probatum, probeque cognitum
creavit. Nam eum ordinem ad pristinum modum & Canonem à S.
Paulo præscriptum reuocauit. Contraria curiostissime cauit, ne quis a-
varus, ambitiosus, luxurie perditus, unquam ad Episcopalem digni-
tatem eueheretur. Hyldegardæ itaq; Regina & coniugi suæ dilectissimæ,
ac nonnullis alijs aule proceribus pro sacrificulo quodam rogan-
tibus, respondit: Idoneo et si pauperi iam destinavi: Imperatorem men-
tiri aut falli non decet, ut obtrudat superis, cum vitam, mores, ingenio
um ignoret, & tanto ne oneri par sit, compertum non habeat. Quamob-
tem Episcopum Moguntinum aureum, distinctu gemmis, Cesarei

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

instar sceperi & surpasset, seuerissima oratione obiurgavit; eidem au-
ritiam & superbiam pro concione palam ac publicè exprobavit: indi-
gnabundus, et clamitans, en, ait, pastores nostros crucē Christi profes-
sos, qui spreta pascendarū ouium cura ac sollicitudine, ostentatione, pom-
pa, opibus, Imperatorem quemuis vel opulentissimum laceffant. Præte
is auctus tanta dignitate, amicis cœnam exhibens, & vti fit, vino so-
mnoque sepultus, sacris non interfuerat, rursus sacerdotio mouit: intro-
lerabilem negligentissimum q̄ fore ratus, qui primo die sibi non tempe-
raret, et sui non compos Deum ad iracundiam prouocaret. Idem alium
ob Pontificatum sibi donatum lætitia gestientem, & ab humo absque
scamno, siue supedaneo vno im petu alacriter in equum infilientem, re-
uocauit: Vales, inquit, vt video, viribus, & eques haud malus es: ope-
ra itaque tua in bellis, vbi virtus tua enitescat, indigeo. Proinde igno-
monachis & sacerdotibus præcepit, vt literis operam sedulò darent,
recte & emendatè scriberent, in contubernijs & ædibus suis pueros di-
ligenter fideliterque docerent. Sanxit præterea, vt Pontifices officio
publicè in templo plebem docendi fungerentur, & vt sacerdotes au-
ritiam, gulam, cauponas, negotia prophana, mulierum familiarita-
tem consuetudinemq̄ uitarent, aut sacerdotio cederent, & tribu mo-
uerentur. Nulli plures Ducatus, præfecturasque aut sacerdotia con-
cessit, didicunt sibi alios quoque beneficijs demerendos ac deuincien-
dos esse.

Carolus igitur M. non nisi aptos & idoneos ad Ecclesiasticum
munus, hoc est, cum doctrina & eruditione, cum pietate & vita mo-
rumque probitate ornatos & instructos & ipse delegit, & delegi vo-
luit, contrà homines ineruditos, inscios & ignaros literarum, auaros,
ambitiosos, gulosos, ebriosos, mulierosos ac libidinosos, otiosos, pigros,
à sacro sancto hoc munere remouendos ac repellendos esse duxit. In vi-
ta atque moribus Episcoporum sacerdotum, monachorum cum ad Ca-
nonem Apostolicum et Propheticum, tum ad Canones et regulas Con-
ciliarum

ciliorum reuocandis & reformatis plurimum opere atque studij posuit.

Idem est studium, idem propositum atq; conatus Henrici M. qui ut ad politica, ita Ecclesiastica munera, non nisi cognita perspecta q; sapi-entiae, prudentiae, doctrinæ, fidei, pietatis, probitatis, temperantiae, continencie, fortitudinis viros prouehei ac promoueri, & contrà vitijs, sce leribus & flagitijs infames non modò ab his muneribus, honoribus, & dignitatibus abdicari, verum etiam dignis meritis q; paenit affici ac coerceri. Vult & id quidem summa ratione, iusta q; de causa non modò Reformatæ, sed etiam Romanae religionis antistitues, ut episcopos, sa-credotes atq; monachos vitam mores q; suos, præcipue quidem ad Cano nem Apostolicum & Propheticum, ad regulam S. scripturæ, deinde etiam ad illos ippos conciliorum & patrum, de quibus multum glorian-tur, canones atque regulas, in quas iurarunt, componere. contra q; illo-rum canonum atque regularum violatores puniri, & muneribus sti-pendijs q; suis priuari.

Carolus M. voluit Episcopos, sacerdotes & monachos literis om- ni studio incumbere, ut sint d' id extixoi, hoc est, qui & pueros priua- rim in cõcubinijs & ædibus suis erudire ac instruere, & publicè popu- lum docere possint. Eadem est planè Henrici M. voluntas, eadem sunt eius mandata atque præcepta.

Carolus M. diem Dominicam dies festos & solennes, Christo Ser- uatoris nostro dicatos, ut Natalem, Circuncisionem, Epiphania, Re- surrectionem sive Pascha, Ascensionem, Pentecosten & ipse, in bello quoque & in castris, celebrauit, & celebrando esse sanxit. Idem Hen- ricus M. facit, & fieri præcipit atq; mandat, ad recolendam pia gra- taq; mente beneficiorum meritorum q; Christi salutarium memoriam. Quod auctem præterea, teste Auentino, sacros religiososque dies, & in æstate S. Ioan. Baptiste, S. Petro et Paulo in hyeme S. Martino (cu- ius sacra secum ferre Reges Franci consueverant) Andreae, Stephano, Ioanni Euangelista, infantibus ab Herode contradicatis adiecit, hos quidem & alios innumeros dies festos Carolus M. à Ro. religionis cul-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

coribus celebrari permittit, ipse vero dies festos soli Deo & Christo devo**t**o & dicandos, & in eius honorem celebrandos veris legitimisq; religionis et pietatis exercitijs esse dicit, eosq; libenter et summa cum religione colit; dierum autem festorum & multitudinem, de qua multi olim viri pii & religiosi graueri conquesti sunt, ceu otij, ludorum, libidinum, amorum causam & occasionem resecandam, & abusum cum superstitionis, tum luxuriosum, qui varius & multiplex bode est inter Christianos, tollendum esse censet.

Præterea Carol. M. ut dies, ita loca & ædificia certa ad pios cœtus colligendos, ad rem diuinam faciendam, ad religionem cultumq; diuinum exercendum fieri & destinari curauit, & ipse quidem sacras aliquot ædes atq; templo suis sumptibus, deinde ab alijs ædificari curauit, adhac vel vetustate collapse, vel vi iniuriaue hominum ac tempestatum diruta refici & instaurari præcepit, qua de resuprà quoque dictum est. Inter ædes autem illas sacras principem facile locum obrinet templum illud, in quo eius est sepulchrum, Aquigranense, Deiparæ virginis, mira pulchritudinis, magnificentissimum & sumptuosissimum, quod auro, argento, luminaribus atq; ex ære solido cancellis & ianuis ornauit, ad cuius structurā columnæ marmoreæ (cum aliundè habere nō potuisset) Roma, et Ravenna maximis sumptibus fuerunt adiectæ.

Verum ut olim Constantinus M. ita Carolus quoq; M. in taliū substitutionum nimio splendorē & superuacaneo ornatu, seu luxu sumptuosior videretur fuisse & profusior, modumq; ferè excessisse. Sed id virtus vertendum Episcopis illius ætatis, qui munificos illos Principes, non modo non, sicuti par erat, admonebant, ut modum hac in refererent, sed etiam immodicam ea in re profusionem laudabant.

Henricus M. improbata atq; damnata & Persarum barbaries, apud quos Xerxes, Magis auctoribus, omnia Græcia templo inflammasse dicitur, & Zenonis Stoici, Diagoræ & Theodori Epicureorum & Atheorum, omnem templorum usum tollentium sententia: templo ædesq; sacra ad conuentus Ecclesiasticos, & ad rem diuinam ex prescripto verbi diuinis faciendam reiles esse estimat; templo ampla, splendida, magnifica, sumptuosa, auro, argento, ebore, marmore,

refulgentia (quorum in veroque Gallia et Neuarra Regno tanta est copia, ut noua extruere non sit necesse) siue Romana, siue Reformata religio in ijs colatur et exerceatur, sarta testa tueri studet, eaq; à nonnullis virtusque religionis cultoribus insano præcipitiq; quodam zelo, seu furore potius diripi, expilari, deformari, dirui ac destrui agrè fert ac molestè. Idem tamen templo hac & altaria secundum sacram scripturam, secundum Ecclesiae, quæ ante Christi aduentum in carnem fuit, morem et consuetudinem, secundum S. Augustini sententiam atque iudicium non creaturis, sed soli Deo Creatori, qui unus est essentia, trinus hypostasi, dedicanda & consecranda esse censet. S. Augustini hac de re sententia luce meridiana clarior exeat lib. I. ca. 11. contra Maximinum Arianorum Episcopum his veribus expressa.

Nonne si templum, inquit, alicui sancto excellentissimo, de lignis & lapidibus faceremus, anathematisarentur à veritate Christi et Ecclesia Dei? Quoniam creaturæ exhiberemus eam servitutem, quæ uniuersitatem debetur Deo. Si ergo sacrilegi essemus faciendo templum cuiuscumq; creaturæ, quomodo non est verus Deus, cui non templum facimus, sed nos ipsi templum sumus? Idem lib. V 11. de Ciuit. Dei, cap. XXVII. Nec tamen, inquit, nos eisdem martyribus templo, sacerdotia, sacra et sacrificia constituiimus: quoniam non ipsi; sed Deus eorum nobis est Deus. Idem pater ille doceat lib. X 11. de Ciuit. Dei, c. XX. Et lib. de vera religione, c. vlt. Non sit nobis religio, inquit, cultus hominum mortuorum. Quia si piè vixerunt, non sic habentur, ut tales quærant homines, sed illū à nobis coli volunt, quo illuminante letantur mentes sui nos esse consortes. Honorandi ergo sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem. Si autē male vixerunt, ubiqueq; sint, colendi non sunt. Et paulo post: Hoc etiam ipsos angelos, & excellentissima Dei ministeria velle credamus, ut quā cum ipsis colamus Deum, cuius contemplatione beati sunt. Quare honoramus eos charitate, non servitute, nec templo eis construimus. Nolunt enim sic honorari à nobis, quia nos ipsi s. cūn boni sumus, templo summi Dei esse noverunt. Hæc ille, quæ Car. M. qui assiduus fuit libroū S. Augustini lector, et quasi belluo, ignorare non patuit.

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

Præterea Henricus M. templorum vera ac Deo gratissima ornamentiæ esse existimat, non æs, aurum, argentum, marmora, ebora, gemmas, luminaria, cereos, organa, vase vestesq; preciosas, imagines, statuas, atque simulachra, sed oracula divina, sacramenta, preces, vota, elemosynas, aliasq; huiusmodi actiones sacras, quæ secundum sacræ scripturæ canonem in illis peraguntur ac celebrantur, & quidem peragi ac celebrari debent. Non igitur in templorum & basilicarum magnificentia & ornatu, sed in virtutibus & operibus sanctus religio nem veram consistere existimat. Vnde etiam Carolus M. in libro illo suo contra imaginum cultu sic scripsit: Nam quid nam sancti patres, ut cæteros taceam, Paulus Antonius, Hilarion, vel omnis Anachoritarum, siue Eremitarum caterua, qui decorum basilicarum, siue imaginum depictiarum non habuerunt, sed in quibusdam rugioliis suas Deo animas dedicauerunt, idcirco sancti non sunt, & ideo aut non diligebant decorum domus Domini, aut locum habitationis gloriae Dei flagranti pectore contemplari non desyderabant, quia imagines non habebant nec adorabant. Intra se etenim sicut & cæteri sancti animalia templum Dei, & locum habitationis gloriae eius habebant, dicente vase electionis templum, ut Dei sanctum est, quod estis vos. Idem paulo post, Domus Dei decorum non in imaginibus materialibus sed in virtutibus resurgentem licet videre. His congruunt illa Hilarij Episcopi Pictaurum in libro contra Auxentiu Mediolanensem sub finem. Vnum moneo, inquit, cauere Antichristum. Male enim vos parietum amor cepit, male Ecclesiam Dei in cœtis ædificijsq; veneramini, male sub his pacis nomen ingeritis, an non ambiguum est in his Antichristum esse sessurum? Montes mihi & sylvae, & lacus, & carceres, et voragine sunt tutiores, in his enim Prophetæ aut manentes, aut demersi Dei spiritu prophetabant.

Carol. præterea M. ut ad illum redeam, teste Eginharo, sacrorum vasoru ex auro et argento, vestimentorumq; sacerdotaliu cantâ in templo illo Aquigranen. copia procurauit, ut in sacrificijs celebrandis, ne ianitoribus quidem (qui ultimi Ecclesiastici ordinis sunt) priuato habitu ministrare neceſſe fuerit.

Heno.

Henricus M. non contemuit quidem aut damnat vasorum aureorum & argenteorum, in sacrosanctæ Eucharistie (quam veteres sacrificium vocarunt, quod unius sacrificij Christi Ææxi*s*it uenustu*r*o*v*o*r*, id est, monumentu*m*, signu*m*, sigillu*m* atq*ue* pignus) celebratione. Idem tamen religionem non in auri, argenti, eboris ac marmoris, vasorum & supellectilis sumptuosa & preciosæ, sed in virtutu*m* operumq*ue* bonorum splendore ac nitore consistere, nec vasis & vestibus preciosis & splendidis, sed animis, meditationibus, precibus, votis ieiunijs, eleemosynis Deum placandum esse persuasissimum habet. Non est neccius Christum, Apostolos, Episcopos & Christianos Apostolica & Primitiva Ecclesia vasis ac vestibus simplicibus, frugalibus moderatisq*ue* contentos, ijsq*ue* in externi cultus administracione, vasa fuisse. Satis deniq*ue* longe & ad Deum placandum efficacius esse existimat, secundum antiquum illud Bonifaci*m* dictum, Episcopos potius & audatores (qui vas sunt & templo Dei spiritualia) esse aureos & argenteos, id est, virtutibus quo*m* auro & argento preciosioribus vestitos & ornatos, quam aurea & argentea habere pocula atq*ue* vasa.

Carolus M. curabat, Eginbareo teste oculato, ut omnia, quæ in templo gerebantur, cum quam maxima fierent honestate: editu*m* q*ue* ad monebat ne quid indecens aut sordidum aut inferri, aut in eo manere permitterent. Ita Henricus M. omnem dat operam pro eximia sua pietate, ut omnia in Ecclesia & domo Domini evitaretur & evocarentur, hoc est, ordinare, decorare, decenter, religiose reverenterq*ue* iuxta regulam ac normam verbi divini fiant ac celebrentur, Ecclesiamque ab omnibus hære^{sc}eon, errorum, superstitionum sordibus ac fæcibus repurgandam, summamq*ue* cautionem adhibendam esse censet, ne affectus, gestus habitusq*ue* sordidos & indecoros in templum Dei inferamus, atque ita illud polluentes Deum ad iram iustum grauemq*ue* provocemus. Ut Christus sacrorum mercatores & negotiatores cum supellectili sua flagellis ex templo eiecit: ita omnes rerum sacrarum nundinationes & negotiaciones, omnes errorum hære^{sc}eon, superstitionum sordes & quisquilias ex Ecclesia seu domo Domini cupie excutbari.

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

Miretur autem non nemo in tam diligenti & accurata explicatio
ne vasorum, vestimentorum, luminarium & aliorum huiusmodi or-
namencorum, quorum constat Carolum Magnum admodum, seu su-
pra potius modum (si verum fateri licet) suisse cupidum, nullam ab
Eginharto & alijs imaginum, statuarum & simulachrorum, que fie-
ri fabricariis curarit, mentionem fieri. Verum mirari ques desinet, si
temporum illorum statum, & Caroli M. de imaginibus iudicium, sen-
tentiam actionesq; considerauerit.

Constat enim ex historia Ecclesiastica, Caroli Magni temporibus
ac postea quoque (ut etiam hodie) graues, acres, acerbas & cruentas
inter Christianos, tanquam viuas Dei imagines, de imaginibus &
simulachris contentiones ac dimicationes existuisse: inter Græcos E-
piscopis quidem imaginum cultum docentibus ac præcientibus, Im-
peratoribus vero, ut Philippico, Leone Copronymo, Leone Isaurico,
Constantino Leonis Isauri filio seu nepote, eundem damnantibus ac
prohibentibus. Itaque habitæ sunt aliquot Synodi œcumenicae sibi ins-
uicem contrariae & repugnantes, quarum alia imaginum usum cul-
tumque damnarunt, alia approbarunt, ac contrarium sentientes da-
mnarunt, dirisque deuoverunt. Atque hoc quidem triste & funestum
inter Constantinopolitanam & Romanam Ecclesiam dissidium atq;
certamen viris sapientibus & cordatis diuertij illius atque distra-
ctionis, que consecuta est, Imperij Orientalis & Occidentalis, &
translationis Imperij Occidentalis, ad Carolum M. & Francos vi-
detur ansa & occasio fuisse. Tandem Irene Leonis 111. vxor, Con-
stantini filij sui pupilli Imperium tutoris nomine administrans, spe
retinendi, vel recuperandi Imperij in Occidente, Adriano Pont. Ro-
adulandi causa, vxi. Synodus Constantinopolitanam coegit, qua de-
crevum est, imagines non modo habendas esse ad usum historicum,
sed etiam necessarias esse ad culsum diuinum, illasq; idcirco veneran-
das, adorandas, osculandas, colendas, cereis suffitu, & similibus ritu-
bus honorandas esse. Hæc vero est Irene illa (quam Erida verius,
seu

stū Erynnim, quām Irenem, ob immanem crudelitatem, ambitionem & contentioñ studium appellaueris) quæ Constantini vī. socii sui (qui Leoni patri succedens anno Domini D. C. C. L. V. Synodum Constantinopolitanam Synodo Ro. sub Gregorio III. oppositam coegerat, qua imaginum vsus simpliciter damnatus fuit) corpus effossum publicè cremari, cineresque in mare dispergi iussuerat, quæ Constantino filio suo, cui Caroli Magni filia despousata fuerat, qui que patrū imitatione statuas deiici & exuri curauerait, oculos eruit, & in squalenti carcere varijs excruciatum tormentis vita sua priuauit. Verū ipsa quoque ab Imperij gubernaculis remota, & in cœnobium destrusa à Nicephoro, vitam ibi finiit.

Postremò contra hanc ipsam Synodum septimam Constantinop. Carolus M. (ut ad illum redeamus) cum Adrianus Pontifex Ro. per legatum suum acta istius Synodi septimæ ei misisset, ut ea auctoritate sua ab Episcopis Germania & Gallia approbari curaret, ipse contrà aliam Synodum Francofurti anno D. CC. XCIII. conuocauit. Illa aut̄ Synodo Francofuriana (ut antiqui historici, Eginhartus, Regino, Adon, Amonius, Blondus, Auentinus, Himmerius communī consensu testantur) Synodus septima cœu Pseudosynodus et iconolatria damnata, & eius decreta de imaginum cultu, rescissa fuerunt. Adhæc infelix illa Feliciana heres (quam Felix Vrgelitanus, & Eliphandus Toletanus Episcopus defendebant) quæ Christum secundum humanitatem adoptiuum Dei filium esse statuebat, similiter damnata fuit. Conscripta etiam est Pseudosynodi illius septimæ iusta refutatio, quæ sub Caroli Magni nomine edita fuit. Hi verò libri Caroli Magni continentia ad Synodi Francofurianæ de imaginibus, tandem in Gallia ab Episcopo Tilio in lucem fuerunt editi. Cum ijs coniunctus est Paulini Aquileiensis Episcopi aduersus Felicem Vrgelitanum & Eliphandum Toletanum Episcopos libellus, heres illius Feliciana à Felice auctore suo infelice sic denominata refutacionem continens.

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

Quoniam autem hodie quoque de imaginibus & statuis grauissima est inter Christianos contentio, & plurimi proram & puppim, ut ita loquar, religionis cultusq; diuini in imaginum simulachrorumq; vsu atque cultu collocant, ita ut, quemadmodum olim Lastanius dixit, nullam ibi esse religionem, ubi sit simulachrum, ita contraria nulla illis religio, ubi nulla est imago seu simulachrum, esse videatur, opera precium duxi selectiores & illustriores quasdam ex illis Caroli M. libris sententias excerpere & subiicere, ex quibus facile, quae Caroli M. de imaginibus fuerit sententia acque iudicium, colligi potest, quae viris religiosis & sapientibus dijudicanda relinquo. Carolus autem M. in illis libris quasi arbitrum agens ac mediatorem, ut ita loquar, imagines terendas quidem & tolerandas, in Ecclesia ad ornatum, & rerum gestarum memoriam, nec indiscreta & incauta, ut saepè loquitur, provocare, siue zelo frangendas aut demoliendas esse, sed tamen nullo pacto easdem colendas & venerandas esse statuit, refellit simul & refutat argumenta, quibus aduersarij iconolatriam, id est, imaginum culcum & venerationem confirmare atque stabilire conabantur, quibus etiam nostræ etatis iconolatrae utuntur. Libri illius titulus seu inscriptio est huiusmodi: Opus illustrissimi & excellenissimi, seu spectabilis viri, Caroli, nutu Domini, Regis Francorum, Galliam, Germaniam Italiamq;, siue harum finitimas prouincias, Domino optulan te, regentis, contra Synodum, quæ in partibus Gracie, pro adorandis imaginibus, stolidè siue arroganter gesta est.

In imaginibus artificum industria formatis, quæ spectatores suos plerique ob rerum gestarum memoriam inducunt in admirationem, adoratores vero semper in errorem. Non enim mediocris est error, cum aliud adoratur religionis cultu, quamvis qui dixit, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Imagines pro voluntate artificis plura se demonstrant agere, cù nihil agant. Nam cum videntur homines esse cum non sint, pugnare cum non pugnant, loqui cum non loquantur, audire cum non audiant, cernere cum non cernant, innuere cum non innuant, palpare cum non palpant, &c. huiuscemodi, constant figura artificum esse, non eam veritatem, de qua dictum est, & veritas liberabit vos.

Imagines nanque eas sine sensu & ratione esse, verum est: homines autem eas esse falsum est.

Imagines secundum veritatis indagatricem rationem profiteri compelluntur,

tur, nec veritatis capaces, nec sanctas dici debere: quoniam quidem & pretio sunt inæquales, quo libimet & per comparationis gradus præseruntur, & sanctitas & veritatis meritò æquales, qua omnes omnino carent.

Non imagines, inquit Petrus, sed fraternitatem diligite, nec subditi estore pigmentis, sed omni humanae creature, & Dominum Christum sanctificate non imaginibus, sed in cordibus nostris instituit.

Dementissimum sanè, & ab omni ratione seclusum est, hoc ad astreudam imaginum adorationem in exemplum trahere, quod Abraham populum terræ, & Moyses Ietro sacerdotem Madian leguntur adorasse: cum videlicet plerunq; sancti viri per humilitatem, quando placuerunt homines salutationis gratia adorauerint, plerunque ne ab alijs adorarentur humiliiter refugerint, plerunque rigore sue sanctitatis erecti, superbos quoque adorare contempserint. Imagines verò nusquam nec tenuiter quidem adorare conati sunt.

Glorientur illi in imaginibus: nos autem gloriemur in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem nobis mundus crucifixus est, nosque mundo.

Quæ sit differentia crucis Christi & imaginum pictorum arte pictarum, vel quanto mysterio crux imaginibus emineat, siue quomodo humanum genus, non per imagines, sed per crucem Christi redemptum sit (qua duo illi vel paria, vel æqualia putant) in sequentibus loco suo, Domiso fauente, explicabimus.

Vt imaginum adorationem, in quarum amore eorum mens penderit, & totius sanctitatis propositum est, stabiliant, plurima verba vel sensus, quæ ad aliud pertinent, in adorationem mutare affectant.

Quis tam hebes tamque est demens, vt non solum habendarum, sed etiam adorandarum imaginum insolentissimum vsum, horum tam terribilium tamque insignium mysteriorum comparatione conetur adstruere? cum istæ nūl aliud induant, nisi interdum rerum gestarum ordinem, interdum non gestarum, sed fictarum mentiantur errorem.

Quod vero dicunt, per adsimilatam picturam videre exitum conuersationis sanctorum virorum, quæ sit absurditas quanta quæ dementiæ, penè infinitum est persequi: cum videlicet in imaginibus non possit sancta conuersationis virtus videri, sed solummodo illæ materiæ, quibus ipsæ imagines formatae sunt. Num quid nam virtutes & meritorū insignia, quæ illis vtique in subiecto fuerunt, hoc est, in animo, in his velut in subiecto quodam videri possunt? cum tamen in his non sit anima, quæ subiacens esse possit virtueibus, in subiecto autem istis, hoc est, in materiali corpore quodammodo colores sunt, virtutes autem his nec de subiecto, nec in subiecto esse possunt: nū quid igitur sapientiam & eloquentiam in ipsis certere possumus, quam plerique illorum habuerunt? Num quid nā prudentiam aspicere in ipsis valeamus, per quam agnitus veræ fidei & scientia diuinorum apicem in illis fuit: per quam tremendum illud intelligentiæ genus in diuinis libris à prudentibus intelligitur.

Spes eorum qui saltem suam in imaginibus ponunt, ab Apostolo reprobatur, qui spem non in his quæ videntur, sed in his quæ non videntur esse differit.

Falso spei iudicatione deluduntur, qui ita se manu factarum imaginum inspectione sanandos arbitrantur, sicut Israeliticus populus illius ænei serpentis inspectione ab ignitarum pestium mortiferis ictibus sanabatur: præsertim cum illæ

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

vt fieret, Moysi à Domino imperatum est: hæc vero ut fiant, nullius scripturæ textus sic institutum.

Cui serpenti cum vidisset Ezechias Rex iustus incensa adolere, & quasdam culturas exhibere, magnaque ex parte populum periclitari, tanto persuasum errore, eum non distulit frangere, quem & per legislatorem ad proscenium nouerat conditum suisse, & à populo cernebat celebrari vano cultu & superstitione religione.

Iam vero quia se imaginum inspectione saluandos credunt, sicuti serpentis inspectione Israeliticus populus à serpentium mortibus sanabatur, si qua forte eis quædam corporis inclemens accesserit, recurrent ad imagines, easq; aspiciant, quatenus dum illarum inspectione minimè sanati fuerunt, reuertantur ad Dominum, & ab eo sanitatem se accepturos credant, qui totius sanitatis & vita est auctor.

Per Apostolos etiam sacrosanctis charismatibus referta, & dogmatibus edicta, non imaginum fucus vel quibuslibet superstitionis rebus, sed & fide & operibus Dominum querere non desistit Ecclesia. Deum David, inquit, endum docuit per Domini timorem, non per imaginum adorationem & eum qui vult vitam, & eupit videre dies bonos, non imagines adorare, sed labia à dolo, & linguam à malo instituit cohibere. Nec picturam colere docuit, sed declinare à malo, & facere bonitatem: inquirere pacem, & sequi eam usquequaque permonuit. Lumen ergo vultus Domini, quod super nos signatum est, non in materialibus imaginibus est accipendum, quæ vriue sicut & ceteris dignitatibus, ita etiam lumine carent.

In imaginum ergo adoratione, ubi nullus profectus, nullum emolumētum, nulla virtus est, summa vanitas esse credenda est. Ob quam statuendam & munendam quicunq; conuentus faciunt, & concilia adgregant, & eas prorsus adorare instituant, procul dubio vana loquuntur, vnuſquisq; ad proximum suum.

Vnde liquidò patet, quod probroso imaginum instigantur amore, qui ob ea- rum abolitionem, ea quæ de perfidis Iudeis per prophetam dicta sunt, parentibus suis non erubescunt adnectere, & eisdem iaculis cives perfodere, quibus Propheta ecclesiæ, immo Christi hostes noscitur perfodisse.

In plerisq; scriptura sanctæ locis, cum domus Dei legitur, non parietes, nec quædam materialis ædificatio, sed spiritualis & inexistimabilis Dei intelligenda est habitatio: quorum sensuum archanis illorum mens penitus ieunat, qui decorum domus Domini non Ecclesiæ existimant virtutes, sed materiales imagines.

Hunc excellentissimum ergo, & cœlestis patriæ decorum dilexerat vir ille sanctissimus Ap. Ioannes, non imaginum & colorum fucos, non materialium picturarum similitudines: ob hunc decorum, non ob materiales figuræ, quasi quodam intolerabili desiderio resolutus erat, cum dicebat, hæc memoratus sum, & effudi in me animam meam: quoniam ingredior locū tabernaculi admirabilis usq; ad domum Dei.

Domus Dei decorum, non in imaginibus materialibus, sed in virtutibus spiritualibus refulgentem esse videmus.

Nos patrem in spiritu & veritate adoramus, nec illorum exemplum imitamur, qui Deum eiusq; sanctos in imaginibus adorare conantur, quia Prophetam magnum habemus Iesum Christum.

Adoramus igitur in monte sancto eius, non imagines vel quasdam superstitiones.

divisas res, sed eundem Dominum, qui illius mortis caput est, & vt eundem mon-
tem adquireret, non solum nasci, sed mori dignatus est.

Deus Moysi dicit: Non videbit me homo & viuere potest: qui si inuisibilis est,
in quo inuiuibilis est, necesse est, ut incorporeus sit: & si incorporeus est, necesse
est, ut corporaliter pingi non possit: igitur inuisibilis est, & incorporeus prouersus,
corporalibus materijs pingi non potest.

Magna quidem sunt Christianæ religionis instrumenta, quæ quanquam ex
fidei soliditate, & dilectione Dei & proximi pendeant, singulatim enumerare lon-
gissimum est: inter quæ nullem penitus locum imaginum cultus & adoratio te-
nent: quoniam à quidem nullo antiquitatis instituuntur documento, vel fulciuntur, &c.

Cum ergo fari cibi viri, & Deo per omnia accepti, vana obsequia hominum de-
vitauerint, sicut Paulus & Barnabas Lycaonum superflitiosa obsequia deuotissime
noſcuntur, & Petrus Cornelij deuotam veneracionem spreuerit: angelus etiam in
Apocalypſi Iohannem, ne se adoraret, prohibuerit, quis eos credat imaginum ado-
ratiene delectari: aut picturarum obsequijs demulceri: aut qualiter ad eos honor
picturis exhibitus, quæ nec de illorum corpore seu vestibus sunt, sed pro captu in
genij euifq; ab artificib; præparantur, poterit peruenire? Non enim deliniuntur
pictorum operibus, qui cum Christo regnant in ecclesiis, nec ambiunt ab o-
pificibus in tabulis siue in parietibus pingi, qui à Christo in libro vita meruerunt
adscribi.

Dominus namque & saluator noster non ait, quam diu fecisti imaginibus,
sed quam diu fecisti vni de minimis istis, mihi fecisti: nec ait, qui imagines,
sed qui vos recipit, me recipit: nec Apostolus ait, diligamus imagines, sed diliga-
mus vos inuicem: quia charitas ex Deo est: nec imaginum onera, sed nostra alterius
etrum mutuo vehenda percensuit, dicens, Alter alterius onera vestra portate, &c.
illi verò parietes & tabulas adorantes in eo se arbitrentur magnum fidei habere
emolumentum, eò quod operibus sint subiecti pictorum. Nam et si à doctis quibus
que vitari possit hec, quod illi in adorandis imaginib; exerceant, qui videlicet
non qui sint, sed quid innuant venerantur, indocis tamen quibusq; scandalum ge-
nerant, qui nihil aliud in his praeter id quod vident venerantur & adorant. Vnde
caendum est, ne Euzangelicam sententiam subeant, qui tot pusillos ad scandaliza-
zandum impellunt: quoniam si is, qui vnum de pulillis scandalizauerit, formidolo-
sisima sententia subiaceat, multo magis exitiabilis ille serietur severitate, qui pe-
nè omnem Christi Ecclesiam aut ad imagines adorandas impellit, aut imaginum
adorationem spernentes anathematis submittit.

Aiunt illi, non adoramus imagines ve Deum, nec illis diuini seruitij cultum
impendimus, sed dum illas aspicimus & adoramus, illò mentis nostræ acumen de-
figimus, vbi eos, quorum illas sunt, esse non ignoramus: at contrà iste illorum dete-
gens error em, & suam pardens absq; villa obumbratione cogitationem, fatetur se
quale sanctæ trinitati, tale illis exhibere seruitium, talemq; adoratio em: sicq; ab
surditatem, quam illi intromisus retinent latenter, hanc iste egerit patenter.

Non omnes res, per quas vel in quibus miracula quædam Dei ordinatione
monstrata sunt, quodammodo adoranda creduntur.

In templo Domini sacrificia, non in imaginibus, offeruntur: in templo, non in
picturis, sacra solennia celebrantur: in templo populus stans, & precum sua-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

rūm Deo libamina offerens, non in depictis tabulis exauditur.

Nec vpiam imaginum cultum, sed timorem Domini sanctum testatur dicens, timor Domini sanctus permanent in seculum seculi.

Esto, pater iuberet honorandam Christi imaginem sicut imperatorem, numquid non rectius esset imperatorem honorandum decernere, sicuti imaginē Christi, ut imago Christi eminentiorem in tali ratione locum teneret? Non ergo pater imaginem Christi quoquam legitur aut depingere aut adorare aut honorare iussisse: quippe qui se solum adorari sibi que soli seruire insituit.

Sancta igitur & vniuersalis Ecclesia non per imagines, quae ex coloribus sunt, vt saepe memoratus Iohannes nauscasse dinoscitur, Deum adorare nos mortales homines, neque ætherias potestates, sed per Christum Dominum confiteretur.

Adoratur ergo fortitudo eius non per coloriferam imaginem eius, sed per se eratissimam viuificatricem eius incarnationem. Adoratur eius potentia, non per picturam, sed per sua opera.

Hoc memoriale perpetuum, quo Christum fidelium mentes interioribus oculis semper intuentur, ad quarum rerum plenam cognitionem, non per picturam veniuntur, sed per fidem, spem & dilectionem.

Cui propositioni (quae talis est, per imaginem, que per colores apparet, adoratur fortitudo Domini) hoc facilius possumus obijcere, quod nec scripturarum sanctarum lectione, nec patrum exemplis est institutum, Deum in manu factis quibusdam debere querere. In corde meo, inquit David, non imaginibus abscondita eloquia tua.

De talibus ergo, qui tanta necessitate arctantur, ut nisi picturas viderint, Christi difficilememorentur, timendum est, nisi fore aut communem hanc lucem quam corporis molestia vrgencie viuentes amiserint, aut picturis quodam casu, quem non semper haberi possunt, earuerint, Christi prorsus, qui semper ante oculos habendus est, oblitiscantur.

Admonent, ne quis scandalizetur, eò quod ante imagines luminaria concinuantur, & thymiamata adoleantur: quasi non illi scandalizati sint, qui rebus jucarentibus luminaria incendunt, & odore carentibus, odorisera thymiamata offerunt.

Sed fortasse nostram assertionem frustrari cupientes dicent: Cur eos imaginibus sensu carentibus, luminaria concinuant, & thymiamata adolescentes, subsannatis, cum & vos in basilicis, & quæ sensu carentibus, & luminaria concinemus, & thymiamata adoleamus? Quibus facilis potest oboriri obiectio: quoniam aliud est loca diuinis cultibus mancipata, luminaria perlustrari, & in eisdem locis, & orationum, & thymiamatum Deo fumum offerri, & aliud imagini oculos habenti, & nihil cernenti lumen offerre, & narcs habenti, & nihil odoranti, thymiamata adoleare, aliud est loca diuino cultui mancipata, venerari, aliud picturis quibuslibet, coloribus comptis luminaria & thymiamata offerre: aliud domum malestatis Domini à fidelibus quibusq; ad dicatum, & à pontifice dedicatum, solenniter venerari, atq; aliud, & longè aliud, imagines à pictoribus quibusq; compositas, oblatis numeribus irrationaliter osculari.

Imagines nihil, si non habentur, derogant, nihil, si habentur, prorogant.

Simulachrorum usus exortus est, cum ex defyderio mortuorum quorumlibet vi-

bet virorū fortium, aut Regum, aut quarundam vrbium conditorum, aut quarum liber artium inuentorum, imagines vel effigies, ab his qui eos dilexerant, conderentur, vt posterorum, vel dilectorum dolor haberet aliquod de imaginū contemplatione remedium: sed paulatim hunc errorem, persuadentibus dæmonibus, ita in posteros irrepisse, vt quos illi pro sola nominis memoria pingendos censuerant, successores deos existimarent atq; colerent, & in his sibi dæmones sacrificare, in lectos quoq; miseros percerserent.

Sicut enim hæresis, qua ab eodem Simone exorta est, qua Simoniaca vocatur, omnino à fidelibus spernitur: ita quoq; adorandarum imaginum vñus penitus spernendus est. Altera quoq; hæresis est, qua hunc errorem percenset Carpocratian. Sectæ ipsius fuisse traditur socia quedā Marcellina, quæ colebat imagines Iesu & Pauli, & Homeri, & Pythagore, adorando incensumq; ponendo. Inter hæreses ergo Augustinus computauit, quod imagines, qua Iesu & Pauli manufactas adorasse dicuntur.

David sanctissimus vatum nuspiam imaginum cultum, sed timorem Domini sanctum testatur, dicens, Timor Domini sanctus permanens in seculo seculi. Nec quempiam qui imagines adorat, sed qui Deum timer beatum nuncupat, dicens. Beatus vir qui timeret Dominū in mandatis eius cupiet nimis. Et iterū. Beati omnes qui timerent Dominū, qui ambulant in vijs eius. Non enim ait, vt illi absurdiss. delirant. Qui timeret Dominū, adorat imagines, sed ait, Qui timeret Dominum in mandatis, &c. Vnde liquidissime paret timorē Domini non in adoratione imaginum, sed in voluntate, & instantia mandatorum Dei esse.

Illi, qui penè omnem fidei Christianæ prærogatiuam in imaginum adoratio ne sive cultu esse existimant, interrogandi sunt, vtrum ideo quilibet pauperes fidei sive partantur iacturam, eo quod census indigentia pressi iron habeant facultatem, qua suscipiant pīcturam.

Imaginum cultus nullū in Christiana religione tenere credatur principatum. Imaginum cultus penè cunctarum diuinarum scripturarum abdicantur eloquio: solum namq; Dominum colere, ipsum adorare, ipsum glorificare debere, totius diuine scripture tuba terribilis intonat. Vnde cauendum illis est, & modis omnibus pertimescendum, ne dum imaginum cultum et adorationem Christianæ religioni ingerere nitantur, singularem vnius Dei cultum & adorationem frustarividetur. Quæ duo ita inter se mutuo reluctantur, vt si vnum stererit, aliud statuere non possit. Si enim singularis cultus soli & vni Deo debitus inconuulsus erit, & reuera inconuulsus erit imaginum cultus modis omnibus cassabitur: & si imaginum cultus non conuellatur, soli & vni Deo cultus debitus non erit singularis.

Que dum ita se habent, magna se cæcitate obrutos esse fatentur: quia vim illam animæ, qua memoria nuncupatur, ita se vitiatam habere demonstrant, cui nisi imaginum adminiculum suffrageretur, ab intentione seruitur Dei & veneracione sanctorum eius compellarur.

Aliud est imagines habere obliuionis timore, aliud ornamenti amore: aliud voluntate, aliud indigentia: aliud idcirco videre, ne Dei & sanctorum eius valeat quis obliuisci, aliud ideo spectare, vt gestarum rerum possit reminiscit, aliud est res videre, que nisi videantur non obsunt, aliud eas que nisi videantur, officiunt, cum videlicet sine imaginum intuitu homo saluari possit, sine Dei vero notitia omnino non possit.

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

Si omnes imaginum adoratione carentes secundum illorum falsissimam opinionem pereverit, infantes baptismatis vnde loti, & corporis Dominici edulio & sanguinis haustu satiati, qui nec dum imagines adorare evaluerunt, & sic è seculo migraverunt, pereunt: & si pereunt, veritatis verbum cassatur dicentis: Sinite parvulos ad me venire: talium est enim regnum celorum: non autem veritatis verbum infantibus regnum celorum promittentis cassatur: non igitur pereunt omnes imaginum adoratione carentes.

Hoc enim vexillo antiquus Iustis non imaginibus vi Deus est: his armis, non colorum fucis, diabolus expugnatus est: per hanc, non per picturas, inferni claustra destituta sunt per hanc, non per illas, utmarum genus iudicium est. In cruce namque, non in imaginibus pretium mundi pependit.

Sic hic error, quo diuitia scripturarum libris imagines & equiparare nituntur, certis eorum erroribus comparetur, quanquam erga se sit magna enorimatis, alijs vero comparatus, quibus eas & archetypum Domini, & corporis & sanguinis Domini sacramento, & crucis mysterio & equiparare visi sunt, minor precul dubio reperiuntur: praesertim cum nec illis, nec istis ritu a equiparari possunt.

Ista verò imagines & gentilium aeternum vanitate prolatæ sunt, & nullam salutis exhibitionem, nullam sacramenti alicuius moralibus prærogatiuum adducant, sed oculis tantum modo faueant, per quos quasi per quosdam legatos gloriarum rerum memoriam mandent.

Cecrops quidam rex Atheniensium daemonicis infectus veneno, rudes gentium mentes ad imaginum simulachrorumque, & ad vanorum Deorum culturas excitauit.

Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ait non picta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus ad Deum: nee ait, Omnis pictura, sed omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, &c.

Apostoli per quos populi per prædicationem ad fidei documenta conuersi sunt, non in agines, sed epistolas ad diuersas mundi partes destinatæ leguntur, nee per picturas genus humanum ab idolorum cultibus ad veræ fidei puritatem reuocauerit, sed per scripturas, quibus redemptor sensum aperuit, non ut intelligerent picturas, sed ut scripturas.

Dominus scripturarū, non imaginum facit mentionē: ait enim Euangelista: Sicut scriptum est in libro Sermonū Isaiae Prophetæ Scriptū dixit non pictū, & in libro, non in quadam materia.

David quoq; sanctissimus prophetarum, ita in persona Christi dixisse legitur: In capite libri scriptū est de me. Non enim ait pictū, sed scriptū, nec in capite partium sive tabularum, sed in capite libri.

Omnis historiæ sacræ veteris Testamenti, non per picturam, sed per scripturam declarata sunt.

Prophetæ singuli, qui libros habent, prophetias suas post futuris saeculis profetas, non in picturis, sed in scripturis constituere. Vnde & David non in coloratis figuris, sed in libris intellexit numerum annorum, quo populus Dei in captiuitate Babylonica detineri deberet.

Samuel quoq; historias Iudicum sive Ruth, vel etiam Regum usq; ad David non imaginibus, sed apicibus prænotauit.

Iosue

Iosue etiam successor eiusdem Moysi, qui typū mediatoris Dei & hominū gessit, quæ tempore suo sibi vel populo cui praeerat, contigerunt, scribendo potius quam pingendo memoriaz posteriatis mandauit.

Moyses quoq; originem mundi non pingendo sed scribendo edocuit, & omnia in quinq; libros adnotans, non pingendo sed scribendo saeculis post futuris, Domino imperante, mandauit.

Moyses legislator non fucatis picturis, sed saluberrimis scripturis visus est:

Dictum illi superne vocis tonitruo est: quod vides scribe in libro, & mitte se ptem ecclesijs. Vnde datur intelligi, non picturas, sed scripturas ad nostrā fidei eruditionem esse concessas. Quam ergo sit incautum, quamq; à ratione remotū dicere, siue diuinæ scripturæ libros, ita imagines ob memoriam venerationis habemus, faciliē intelligere potest, quisquis diuinarū scripturarū cognitionem habet.

Ioannes cum secreta quedam Domino reuelante audiret seu cerneret, scribere ea in libro, non pingere iussus est.

In Euangelio legitur: Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non scripta sunt in hoc libro. Hæc autē scripta sunt, non ait picta sunt, ut credatis, quod Iesus est filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine eius.

O imaginum adorator, ô rerum insensatarum cultor: inuenire posse te constat, quæ dum his omnibus meritorū prærogatiis careant, dolendus potius quam mirandus es, quum eas diuinæ scripturæ libris, in quibus tot bona reperiuntur, e-quiparare affectes? Tu qui fidei tuae puritatem in imaginibus conseruare te dicis, supplex eis adstare memento cum thymiamatibus: nos præcepta Domini solerti indagatione perquiramus in diuine legis codicibus. Tu luminaribus perlustra pi-cturas: nos frequenteremus diuinæ scripturas. Tu fucatorū venerator esto colorū, nos veneratores & capaces simus sensuum archanorū. Tu depictis demulcere tabulæ: nos diuinæ mulceamur alloquijis.

Tu figuris rerum insta, in quibus nec visus, nec auditus, nec gustus, nec odo-ratus, nec tactus est: nos instemus diuinæ legi, que est irreprehensibilis, in qua re-fimonium Domini, iustitia siue præcepra, timor siue iudicia eius inueniuntur.

Nam si forte tu amator vel potius adorator imaginum, interiore pectoris raucore submurmures dicens: Quid necesse est tantum per schemata euagari? Cogno-sces ea nobis amabiliora imaginibus siue pictis tabulis tuis esse, & ideo tantum in illis euagatos esse. Has etenim dulcedines, has refectiones in scripturis siue in scri-pturarum schematibus, nos siue cæreros scripturarum amatores reperire cognoscere, quas tu siue socij tui in figuris arq; in tabulis, in quibus cordis tui puritate ser-vare te dicis, penitus non repieres.

Nam si secundum illorum vəsaniam omnes imaginum adoratione carentes, hæretici sunt, constat maiores eorum, qui eas non adorauere, hæreticos fuisse.

Imaginum adoratores sp̄issimè memoratas imagines sanctas & venerandas nuncupant, easq; in vijs siue in plateis, quæ plerumq; pollute sunt, ponendas esse asseuerant. Sicut autem non conuenit luci & tenebris, calido & frigido, ita nil mirum non sanctificari & contaminari, puritati & impuritati. Vnde magna ex parte eos errare constat, cum eas & sanctas esse asserunt, & in locis contaminatis statuendas esse decernunt. Patescit namq; quodammodo in hoc eorum censura, qui eas in vijs siue in urbium vicorumq; plateis ponи percensent, quod hæc san-

CAROL. M REDIVIVVS IN CHRISTO,

mirate careant, sicut & carent: cum se, si sancti esse crederentur, in locis sanctis p^{re}ni censerentur.

Vnde sciendum est, non eos esse mediocris infatia, qui pro rebus sensu ca-
rentibus in maiores suos maledicta non pertimescunt congerere, & dum imaginis
volunt sauere, nec parentes pertimescunt in honorare, nec diuinis miraculis
contraire.

Non contraeunt pictores scripturis? quasi non aliqua pictoribus possint de-
pingi, quæ sacris literis credantur refragari: in picturis autem plura falsa, plu-
ra vitiosa, plura inconsequentia, plura inconuenientia, & ut singula sacram, penè
omnia sive possibilia sive impossibilia à peritis pictoribus pinguntur.

Qui seruitum soli Deo debitum creatori exhibere se fatetur creaturis, dum
cupit sauere picturis, reluctatur cunctis sacris scripturis.

Non deliniuntur pictorum operibus, qui cum Christo regnant in cœlestibus:
me ambiant ab opificibus sive in tabulis, sive in parietibus pingi, qui à Christo &
in libro viræ meruerunt ascribi.

Ex his sententijs liquidò constat Carolum **Magnum imaginibus**
& simulachris, in quorum usu cultuq; nonnulli summam ferè pie-
tatis confistere opinantur, non mulum tribuisse. Ex his ipsis
igitur Caroli Magni dictis atque sententijs Henricus M. (ut ta-
ceam de alijs) pro singulari suo iudicio, sapientia atque pietate facile
colligit atque intelligit, quid sibi de imaginum simulachrorumq; usu
cultuq; sit sentiendum & statuendum, & quantum imaginibus sit tri-
buendum, qui ut imaginum & simulachrorum usum historicum, po-
liticum, & ciuilem, qui partim ad ornatum, partim ad memoriam re-
rum gestarum refertur, non simpliciter improbat ac damnat: ita u-
sum cultumq; imaginum et simulachrorum superstitionem à gentilibus
profectum, canonica Vet. & Noui Testamenti scriptura vetitum at-
que prohibitum non potest non improbare. Nec tamen idcirco ijs, qui
zelo quodam inconsiderato ducti imaginibus & simulachris nimis de-
diti & additti, ijs nimium tribuunt, vim afferendam, sed firmis soli-
disq; rationibus ab hac iconolatria dimicendos, nec tam imagines &
simulachra ista corporea ex templis vi, manu, ferro, igni, quam prauas
& perneras de imaginibus & simulachris, ut etiam alijs religiosis
articulis imaginationes, ut italoquar, atque phantasias, id est,
opiniones & errores ex hominum cordibus & animis, qui sunt templa
Dei, firmis solidisq; rationibus collendas ac conuellendas esse pie-
pienterq; iudicat.

Ex

Ex ijsdem verò Caroli M. libris facile potest intelligi, que ilius Imperatoris de alijs quoq; religionis Christianæ articulus & capituloibus fuerit sententia, que omnia sapientibus religiosisq; lectoribus (nam nimis prolixum esset ea omnia commemorare) secundum verbi diuini, hoc est, scripture Canonicae, Propheticae, & Apostolice canonem atq; regulam dijudicanda relinquo.

Accedamus nunc ad res actionesq; Scholasticas, que cum Ecclesiasticis sunt coniunctæ, quæq; non inepte, mea sententia, & incommodè ijs subjici, ac sub illis comprehendi possunt. Scirè profectò vereque Aristoteles, ut multa alia, ita hoc quoq; vi sensit ita scripsit (1. Cœli & i. Meteororum) artes æternas esse, sed earum tanquam stellarum varios esse ortus & occasus, ut modo excitentur & floreant, modò iaceant, & contemnantur. Hæc magni illius Philosophi magna & præclara est sententia: artes enim sunt æternarum & immutabilium rerum, at ipsarum apud homines notitia nō est æterna. Et ut coloniae ac commigrações gentium variæ commemorantur, ita literarum & disciplinarum non pauciores commigrações possunt commemorari.

Tempore itaq; Caroli Mag. magna fuit in orbe terrarum occidentali etiam inser ipsos Christianos ut morum corruptela, ita artium disciplinarumque cùm sacrarum, tum humanarum & liberalium inscītia & ignorantia, quæ longè la eq; dominata, ac veluti pestis, sue lues quædam grassata est. Ipsi Ecclesiistarum antistites, in Epicuri non Christi schola educati, otio potius, delicieis ac voluptatibus, quam literis, disciplinis & scientijs liberalibus vacabant. Paucissimi erant & rarissimi, quasi nantes in gurgite vasto, viri docti, eruditi & literati. Cum hac verò linguarum, doctrinarum & artium liberalium inscītia crevit magis ac magis etiam religionis & literarum sacrarum imperitia & ignorantia, vnde factum est, ut omnis generis errores & supersticiones augeri & amplificari cœperint. In tantis verò inscītia & ignorantia tenebris atque caligine Deus pro sua benignitate Carolum Magnum ceu alterum quendam in mundo solem excitauit, qui literarum lumen quasi sopusum ac tantum non extingendum ac-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

genderet rursus & excitaret. Ut igitur olim cum Regum, cum Sacerdotum & Pontificum incuria atque negligentia liber Legis (quem Rex diligenter descriptum custodire, a cōdies noctesq; voluere atq; reuoluere debuit) amissus fuit: Ica illis temporibus partim Regū & Imperatorum Orientalium, partim Episcoporum & Sacerdotum negligentia atque socordia, partim etiam gentium barbararum, ut Gotorum, Hunnorum, Longobardorum, Saracenorum, Mahometanorum assiduis infestisq; incursionibus libri literaque sacræ & prophætæ ferè omnes in Republica Christiana interierunt. Sed ut Iosias Rex pius & religiosus libros sacros ē finu & puluere in lucem rursus produxit, ita Carolus Magnus quasi alter Iosias similiter sua etate literas libros que ex tenebris, quibus obruii sepultique iacebant, in lucem rursus reuocauit. Ac ipse quidem, ut suprà dictum est, literis sacris & prophætis probè diligenterq; à pueritia institutus & imbus, tanto illarum studio & amore flagravit, ut illas longè lateq; per totam Rēpubl. Christianam propagare sedulò studuerit.

Quamobrem Constantini Magni, Theodosij Magni, & aliorum Imperatorum atque Regum cum Christianorum, cum etiam Ethniconrum vestigijs insistens, Collegia, Academias Scholasq; arcium optimarum (in quibus nouerat non Ecclesiæ solùm, sed etiam Reipublicæ seminaria esse & quasi propagines) ceu matres, & nutrices, cum nouas fundauit & excitauit, tum antiquas & collapsas instaurauit, iliasq; muneribus ac priuilegijs eximijs auxit & locuplet auit.

Huiusmodi fuit Academia Parisiensis, ab illo primum instituta, quæ aliquot posse eum saeculis præ cæteris orbis Christiani Academij maximè floruit, ac principem inter eas locum tenuit, ex qua ceu equo Troiano plurimi viri doctrina & pietate præstantissimi, Reipublicæ & Ecclesiæ utilissimi prodierunt. Ut autem olim veterum Gallorum disciplina, inquit Cæsar, in Britannia reperta, atque inde in Galliam translatæ existimatur: ita ex eadem Britannia Flaccus Albinus, siue Alcuinus à Carolo Magno honorifice acceptus, liberales artes in Gallia

Gallia rursus excitauit, primaque Parisiensis Academiæ fundamen-
ta posuit. Atque ita Britannia bùs Gallie magistra. Cum eo coniun-
xerunt operam suam Claudio, alias dictus Clemens, & Ioannes ex
Scotia naue è delati, Rabanus quoque Bedæ cum Alcuino discipu-
lus in eadem Academia literas artesq; bonas summo studio, diligen-
tia atque fide docuerunt.

Carolus præterea Magnus non contentus eo, quòd Academiam
illam fundarat, & multis egregijs privilegijs atq; stipendijs auxerat,
paternam quoque eiusdem curam gesit, tamq; frequenter inuisit, li-
beralissimè fouit, & quibuscumque rebus potuit auxit. Cùm itaque no-
biles quosdam, honestoque loco natos Clementis Scoti, & Vualdi Ger-
mani disciplinæ atque fidei commisisset, aliquando alumnis his suis
ad se accessitis, progressum eorum in literis explorauit, & scripta eo-
rum soluta & numeru astricta inspexit, & quid de singulis sentireet,
voce & gestu declaravit, cùm nobiles quidem à sinistra, pauperes vero
à dextra statuissent. Primo igitur omnium adegenos conuersus, quos
animaduererent tempus suum benè collocasse, & omni studio literis
incubuisse, collaudata hac illorum diligentia: Vos, inquit, made vir-
tute adolescentes, quoniam, meo obsecuti mandato, plurimum in literis
posuistis studij atque diligentia, digna his vestris laboribus conseque-
mini præmia. Vos enim augebo honoribus & opibus, & ad munera
politica & Ecclesiastica eueham, alijs vestrum erunt Episcopi, alijs
mei consiliarij in aula. Deinde nobiles, qui stabant à sinistra,
qui velupratibus magis, quam literis dediti fuerant, per iram al-
locutus: Vos, inquit, ingrati & peruersi, qui opibus & ima-
ginibus maiorum vestrorum nitimini, Casaream maiestatem i-
gnominia offecistis, eiusque mandatum violastis. Quamobrem
Deum testor, nisi vitam moresque vestros emendaueritis, nihil vo-
bis nisi offenditionem meam, & pœnam esse expectandam, ut ceteri
vestro exemplo corrigantur. Ita magnus ille Imperator non dubitauit
plurimis grauißimisque occupationibus ferè semper distentus, cura

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,
atque opera sua partem aliquam in literas atque studia deriuare.
Vt in multis Reges, Principes ac Magistratus laudabilissi-
mam hanc Caroli Magni consuetudinem atque diligentiam imita-
rentur, & nonnunquam Academias & Scholas suas, in quibus totius
Reipublicæ & Ecclesiæ salus consistit, inuiserent ac perlustrarent, ma-
gno id foret cum præceptoribus, magistris atque doctoribus, cum di-
scipulis & auditoribus ad maiorem diligentiam stimulo ac inuita-
mento. Papiensem quoque Academiam ab eodem tradunt historici
fuisse institutam ac Ticinensem. Bononiensem vero à Theodozio fun-
datam ipse instaurauit & locupletauit. Fuit ergo vere & Reipublicæ
& Ecclesiæ, & Scholæ patre atque patronus fidelissimus. Nec vero
ipse tantum Scholas ubique instituit, studia atque studiosos munificè
fouit, & honoribus atque stipendijs amplissimis donauit, verum e-
tiam alios quoque Principes & Episcopos idem facere iussit, cuius
quidem rei ille Gabalionensis Synodi Canon testis esse poterit, quem
hic subiungam. Oportet enim ut sicut Dominus Imperator Carolus, vir
singularis mansuetudinis, fortitudinis, prudentiae, iustitiae, temperan-
tiae præcepit, Scholas constituane, in quibus & liberalis solertia discipli-
næ & sacra scripturae documenta discant, & tales ibi erudiant, qui
bus merito dicatur à Deo: Vos estis sal terra, & qui condimentum
plebibus esse valeant, & quorum doctrina non solum diuersis bæ-
ribus, verum etiam Antichristi monitus, & ipsi Antichristo re-
sistant.

Quantum vero Henrici M. hac quoque in parte sit studium, quan-
to ille Scholarum Gymnasiorumq; amore atque cura tangatur, illud
non leui est argumento, quod aliquot ante annis, antequam ad Re-
gni Gallici gubernacula peruenire, in Orthosis sua ditionis oppido, quod
ad radices ferè Pyrenæi montes est posatum, Academiam instruit,
stipendia honesta & liberalia quarumvis artium disciplinarumq; libe-
ralium doctoribus ac professoribus decreuit, ita ut Academia illa bre-
vi tempore magna incrementa sumperferit, magnaq; ad illum ex omni-
bus partibus studiorum multitudo confluxerit. Quoniam vero mul-
ta à maio-

et à maioribus & antecessoribus suis institutæ & fundatae sunt in toto hoc suo Regno Academias (ita ut nouas instituere non sit opus) quæ pacis temporibus, in primis sub Francisco I. & Henrico II. (qui patres illarum atque eutores fidelissimi extiterunt) omni literarum literatorumq; virorum genere fuerunt abundanssimæ, nihil ille magis de syderat, quam ut illas bellis istis ciuilibus valde deformatas in pristinum dignitatis statum posse restituere. Non enim ignorat, quam sit ad Reipub. & Ecclesiæ utilitatem atq; salutem omnino necessarium, puerian & adolescentiam, quæ est Reipub. & Ecclesiæ seminarium, honestis artibus ac disciplinis benè institui & erudiri, ut & Reipub. & Ecclesiæ aliquando usui ornamentoq; esse possit.

Incredibilis & admirabilis fuit Caroli M. erga omnes Ecclesiæ atque Scholas non modò à se, sed etiam ab alijs institutas, liberalitas atque munificencia: illas enim priuilegijs, donis, muneribus innumeris auxit & cumulauit, ita ut nonnullis modum ea in re excessisse videatur. Ea quæ ab alijs præsertim maioribus & antecessoribus Deo, Christo, Ecclesijs, Scholis, Collegijs, Cœnobijs legata atque donata fuerunt, editis suis sanxit, confirmauit ac stabiliuit: Hodie contrà reperiuntur nonnulli Principes & Magistratus, qui non Christiani, sed Juliani potius sunt appellandi, propcerea quod nō Constantini M. Theodosij M. Caroli M. & aliorum Regum & Imperatorum Christianissimorum, sed Juliani potius illius apostata & eius auunculi (qui Ecclesiam Antiochenam nudavit, et eius spolijs fiscum suum locupletavit) imitatores, non modò templas, scholas, collegia noua non extruere, sed etiam iam antea constructa conuellere ac labefactare conantur: quib; nō modò Scholis, Ecclesijs & Collegijs nulla donant aut legant bona atque vestigalia, sed iam antea à pjs religiosisq; hominibus data, legata atque reliqua, ijs pro libidine & avaritia sua insatiabili auferre, adimere, & Achani illius sacrilegi imitatione, in prophanos atque priuatos suos usus conuercere niuntur.

Sed ut Julianus & alij huiusmodi prædones, sacrilegi, depeculatores huius suis celerijs graues & atroces pœnas luerunt, ita omnes ij,

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

qui eodem se se scelere contaminant, grauissimè à Deo, nisi pænitentiam egerint, puniuntur. Illi enim Ethnicis deteriores terriores q̄, sunt existimandi, quos constat falsos suos sacerdotes, superstitionis q̄, annistues liberalissimè aliuisse, quem admodum Aegyptiorum, Numæ, Pom pilij, & aliorum exemplis facillimè posset comprobari.

Henricus M. etiam, antequam Regnum Gallicum adeptus est, in paterno suo Regno Nauarreno Ecclesiastici ordinis homines religio- ni Ro. addictos liberrimè bonis, redditibus atque vestigalibus suis frui permisit, ea etiam nonnunquam cœnū nimis tenuia & exigua auxili quo quidem ipso propensam & prolixam suam erga quosvis Ecclesias religionis q̄ Ro. antistites voluntatem ac benevolentiam manifestissimè declaravit.

Eisti verò magnus fuit Caroli M. erga quasvis Ecclesias Christia nas amor, studium, liberalitas, ut omnes historici, & cotius ferè orbis Christiani Ecclesiæ, Scholas atq; Collegia testâtur, in quibus ferè omni bus, vel pleruq; munificentia illius vestigia clara & illustria reperiuntur impressa & fixa ad sempiternam temporis memoriam, tamen ciuitatem & Ecclesiam Ro. singulari & insigni amore, benevolentia, honore, cura atq; munificentia est prosecutus.

Colebat, inquit Eginhardus, præ ceteris sacris & venerabilibus locis apud Romanam Ecclesiam beati Petri Apostoli: in cuius donaria magna vis pecuniae tam auri, quam argenti, nec non gemmarum ab illo congesta est, multa & innumera Pontificibus munera missa. Nec ille rito Regni sui tempore quicquam duxit antiquius, quam ut urbs Roma sua operi suoque labore reveri polleret auctoritate, & Ecclesia S. Petri non solum per illum tutâ ac defensa, sed etiam suis opibus præ omnibus Ecclesijs esset ornata ac ditata. In librâ quoque suis eidem Ecclesiæ primatū tribuit, et id cum verbis illis Christi. Tu es Petrus, tu Pipini pâtrus sui et aliorū testimonij conatus est confirmare.

Non mirum est magnum illum Imperatorem Ro. Imperij Romanam civitatem & Ecclesiam tanti fecisse, tanto habuisse in pretio & honore, tantuq; ei iurus Imperij dignitatis potestatuq; tribuisse. Nam primò

primò id fecit errore illius saeculi, quo primatus Ecclesie Ro. tribueratur, de quo constat C.C. circiter annis ante Caroli M. tempora gravissimā inter Episcopos Constantinopolitanos, Alexandrinos, Antiochenos, Romanos ambitiosissimos, & alios exitisse concertationem, quæ Ecclesie plurimum damni ac detrimenti attulit. Ut enim olim in Repub. Ro. triumviri illi ambitiosi hac sua contentione Rempub. ita isti quatuor viri hac sua de honore & dignitate sua infelici dimicazione Ecclesiam pessundederunt ac perdididerunt. Cui vitinam antistitum ambitioni Constantinus M. Carolus M. & alij Imperatores viā præclusissent potius, quam hac sua nimia munificentia aperuissent. Tandem Bonifacius II. Episcopus Ro. Phoca Imperatoris, qui, cæso Mauricio, in locum eius suffectus est, indulgentia titulum Oecumenici Episcopi est consecueus, & Ecclesia Ro. omnium reliquarum Ecclesiæ caput & princeps fuit appellata. Id accidit circiter annum Christi D.C. De hoc superbissimo rictulo quod fuerit Gregorij M. Episcopi Ro. iudicium atque sententia pañim ex eis epistolis, ac alijs licet rarum monumentis liquido constat. Hunc enim Episcopi vniuersalis seu Oecumenici titulum aperte vocat superstitionis, scelestum, profanum, nefandum, superbum, sacrilegum, & eum qui illum sibi arrogat Luciferi siue Diaboli similem, & Antichristi præcursum esse, fraterumq; suum honorem imminuere, fidemque perdere pronuntiat. Deinde Ecclesiam Ro. amauit & honorauit, quod illa licet suas habet retrugas, maculas atq; nœuos, tamē respectu & comparatione Ecclesiæ rum Orientalium (qua bæresibus, erroribus, schismatibus gravissime laborabant) & comparatione posteriorum temporum erat purior, non adeò erat corrupta ac depravata. Tum norat etiam antiquos patres, partim quod erat caput Imperij, partim quod Ecclesijs Orientalibus & Græcis erat purior, denique quod prædicatione & martyrio Petri & Pauli erat nobilis, illam plurimi fecisse.

Postremo Ecclesie illi, à quorum Pontificibus, Zacharia, Adriano, Stephano, Leonte, ipse & pater, auis acque maiores eius plura acceperant beneficia, commoda, & honoris dignitatisque or-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

umenta, & in primis quod Stephani II. Pontificis iussu auctoritate regis pater eius ad Regiam dignitatem fuerat electus, plurimum debebat, maximeque erat deuinctus & obligatus. Quamobrem gratitudinis sua erga illam testificanda gratia tanto pericula illam praeceteris omnibus amauit, sicut, defendit, auxit & amplificauit.

Hæ fuerunt causa propter quas Carolus M. Ecclesia Rom. epibus, dignitati, commodis atque saluti tanto studio consuluit, omnique operas sua atque cura elaborauit, ut illa non modo ab iniurijs atque maleficijs tutta & immunis, verum etiam praeceteris omnibus alijs orbis Christiani Ecclesijs ornata et opulenta esset: ijs dignitate, auctoritate atque duxitjus antecelleret.

Esi vero Carolus M. pro ratione illorum temporum, pro quo religione sua, qua erat imbutus, bono id zelo, studio atque animo fecerat, tamen multi sapientes religiosique viri hac in parte illum existimant modum excessisse, et hac sua nimia immoderataque munificentia in Ecclesiam Pontificesque Rom. cum illis ipsis, cum alijs Ecclesijs magnum damnum ac detrimentum attulisse.

Nam ille ipse opes superstitionum vitorumque grauiissimorum et innumerabilium fuerunt procreatrices, scelerum flagitorumque seminaria, doctrinae, virae, morumque labes & corruptela. Hæc illius dona atque munera, opes & diutie in Ecclesiam eiusque presules collatae pererunt seu potius auxerunt superbiam, fastum, avariciam (nam, ut verè ille cecinit: crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crevit) luxum et luxuriam, que tyrannide toti orbi Christiano intolerandam peperit.

Quod autem maior fuit Caroli M. nec illius tantum, verum etiam vius cum maiorum & praedecessorum, cum posteriorum & successorum in ciuitatem, Ecclesiam, & papas illos Rom. munificentia, tanto profecto maior & vituperabilior esse quorundam in illa Ecclesia (non de omnibus loquor) ingratitudo. Primò, quod & opes, dignitatem potestatemque illam, quam à Carolo Martello, Pipino, Carolo M. Ludouico Pio, Ludouico Germanico, & alijs Francorum atque Gallorum

Regibus

Regibus acceperunt, non illis, ac illorū liberalitati & munificentie acceptam referunt, sed donationi Constantini M. quam non solum Laurentius Valla declamatione illa sua de falso credita & ementita Constantini donatione, sed etiam Nicolaus de Cusa Cardinalis ad Concilium Basiliense, de Concordantia Catholica. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, Raphael Volaterranus in vita Constantini M. Hieronymus Pan, Cartalanus Canonicus Barcinonensis, I.V. doctor, Alexandri V. cubicularius in dubium vocant, multiq; alij viri I.V. periti de di & pīj vanum esse putidum q; commentum multis rationibus solidis comprobarunt. Quamobrem hoc pacto cūm ipsi Constantino fit iniuria, qui stoliditas & dementia, inofficiosa, prodigia seu prodigiosa potius donationis crimine accusatur, tum Regibus Gallorum & Francorum, quorum dona atque munera, alijs falso ascribuntur.

Deinde magna est illorū (de fontibus, non de innocentibus et quibus illa displices loquor) ingratitudo, qui Regnū, Regē proceres q; Galliae, à quorum maioribus tot & tanta in illos redundarunt commoda, ornamenti, dignitates, honores, à quibus per multa sācula tot hauserunt emolumenta, vestigalia, census, redditus, stipendia, beneficia, nunc tam immani odio prosequuntur, Regnum illud cūm internorum cum exteriorum & peregrinorum hostium p̄adæ atque tyrannidi conantur exponere atque subiçere.

Quantum ad Henricum M. attinet ille non tantum Romanæ illius particularis, sed corius Ecclesiæ Christianæ & Catholice servorem, patronum, defensorem atque patrem profiteretur, Ecclesiam Romam pietatis, religionis aliarumque virtutum opibus cupit esse ornaram, cūm Ecclesiæ salus & dignitas non in opibus, imperio ac potentia externa, sed in pietatis religioni: q; vera cultu consistat. Non odit, sed amat etiam particularem illam proprieque dñam Ecclesiam Romanam: idque meritò partim quod plurimos in illa nouit esse cūm laici & politici, cūm Ecclesiastici ordinis viros, iusti legitimiique sui Imperij, Regni, dignitatis atque honoris factores & suffragatores, quique ab omni vi & iniuria, quæ illi intentatur, toto pectore abhor-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

rent, illamq; detestantur. Deinde quod Romanam Ecclesiam ad pri-
scam illius Ecclesiae Ro. que S. Petri & Pauli (cuius quidem egregia
ad illam extat epistola, quam Christiana et Orthodoxa religionis E-
pitomen atq; compendium verissime dixeris) temporibus, sub cruce an-
te M.D.XCII. annos floruit, religionis, vita morumq; puritatem re-
uocari, à qua quam longè recesserit atque deflexerit quid opus es ē mul-
tis verbis, res & experientia loquitur, seu potius clamat ipsa.

Henricus M. colit & exscolatur non basilicas, non ossa, ac reli-
quias S. Petri & aliorum Apostolorum, sed illorum doctrinam & re-
ligionem, que vera & salutares sunt illorum reliquiae. Nam inter do-
ctrinam & vitam cū Christi, cuius se vicarios proficentur, cū Pe-
tri, Pauli & aliorum Apostolorum, quorum se successores gloriantur,
(quos S. Bernhardus Constantini potius, quam Petri successores appel-
lauit) cū imitatores potius esse deberent, quantum sic dis. rimē
& inter uallum sat superq; inter omnes, quibus ciuitatis Ecclesiaque
illius status es ē cognitus, constat.

Ei hæc sint dicta de vita veriusq; publica, ex quibus patet que-
lia vterq; in Imperijs ac Magistratibus, in Repub. & Ecclesia pace
belloque regenda, in publicis denique rebus administrandis fuerit.
Nunc videamus qualis veriusque interior, familiaris, priuata &
domestica vita fuerit, quibus moribus atque fortuna vterque domi-
& inter suos ad supremum usque vita diem egerit. Non enim minus
vita interioris, & domestica actiones, quam res foris gestæ, & acta
in publico & in propatulo Principem & Magistratum ostendunt ac
demonstrant. Hac ipsa methodo atque ordine Eginbarius quoque re-
fusus est, à vita & actionibus publicis, ad vitam actionesque priuatas
& domesticas progrediendo. Ut autem in prima, ita in hac quoque
parte scriptoris & historici huius ordinem atque seriem sequi cer-
tam est.

Primò igitur narrat quomodo Carolus M. se erga fratrem suum
Carolum annum gesserit. Nam post patris mortem Regnum cum illo
partitus, canta patientia simulantes & inuidiam eius tulit, ut om-
nibus

nibus mirum videretur, quod ne ad iracundiam quidem ab eo prouocari potuerit. Non minore profecto patientia, lenitate ac mansuetudine Henricus M. falsorum quorundam fratum, hominumq; malevolorum inuidiam, odia, similitates atque iniurias fert ac tolerat, ita ut cum maxima omnium admiratione vix ad iracundiam vel minimam, nedum ad vindictam & vltionem se se prouocari patiat. Illos non tam vlcisci, quam comitate, & affabilitate suavi, benignitate ac beneficentia sua singulari sibi demereri, atque reconciliare studet, & id quidem felici successu. Nam multi qui antea eum graui acerbo & capitali odio prosequuci fuerant, nunc ei sint amicissimi, illum amore, honore et obseruantia summa prosequantur, ac non fortunas tantum, sed etiam vitam sanguinemque suum pro illius salute profundere sine parati. Quid dicam quod Sextus quoque ille v. Pontifex Ro. qui diris antea eum deuouerat, & dira anathematum tela atque fulmina in illum iaculatus fuerat, tandem audita nimirum cognitaque causa illius aequitate, cognitis eius virtutibus præstantissimus, ei fauere ac patrocinari cœpit, qua in re illustriss. Principis Luxemburgij (quem hic, sicut eius dignitas postulat, honoris gratia appello) legatio procerum Regni Catholicorum nomine suscepit & obita plurimū valuit. Urbano quinq; papa Ro. qui Sexto v. succedit, forsan orbanu, ut ita loquar, hoc est, amico et beneuolens fuisse, si Deus illū diuinus vivere promisisset.

Quantum vero ad Caroli M. matrimonium attinet, cuius secundo Eginhartus meminit, prima eius vxor fuit filia Desyderij vlcimi Regi Longobardoru, Irmogarda nomine, quam matris suae hortatu (quod ipsum quoque pietatis, amoris & obseruantiae illius erga matrem signum non leue fuit) in uxorem duxit, sed illam, incertum quae de causa, repudiauit. Nonnulli sterilitatem, & aduersam valetudinem eius repudij huius causam fuisse tradunt.

Secunda, quam posse repudiata primam matrimonio sibi iunxit, fuit Hildegaridis, seu Hildegarda (amoris hortum nonnulli interpretantur) de gente Sueorum præcipue nobilitatis filia, quae tres ei filios, Carolum (qui vita defunctus esse in Boaria, pridie Calend. De-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

cemb. anno D C C C X I.) Pipinum, & Ludouicum, & totidem filias, Rotrudim, sive Rudrudam (qua Constantino v. Imperatori Constantino politano despontata fuerat) Bertam & Gislum nomine peperit.

Tertia eius vxor post Hyldegartae mortem (qua pridie Calendas Maij, festo Ascensionis Christi diem suum obiit) fuit Fastrada, que etiam Sestrada vocatur, ex Francorum Orientalium Germanorum gente oruudi, filia Rudolphi Principis Francorum, ex quaduæ ei natus sunt filie, Thedrada & Hildrudis.

Quarta, quam Fastrada defuncta (1111. Idus Augusti eo anno, quo Francofurtiana Synodus fuit celebrata, humata Moguntia in templo S. Albani) duxit, fuit Luitgardis Alemanna, ex qua nullos habuit liberos.

Post Fastradæ mortem 4. habuit concubinas, et fuerunt Mathlarda, quæ peperit ei filiam, Rothildim nomine 1. Gersuina Saxonici generis, ex qua ei filia Adeldrudis dicta 2. Regina nomine (Reginopyrga ab alijs dicta) quæ ei Drogonem & Hugum (qui ei iam Hugo dictus) genuit. 4. Adelluida, ex qua suscepit Theoderichum. Quintam addit Eginhartus anonymus, cuius nomen scribit sibi non occurere, ex qua filia, Rothaus nomine, ei nata est.

Vxores igitur Carolus M. habuit 4. concubinas 4. seu 5. liberos ex omnibus 13. numero, 6. nimirum filios, & 7. filias.

Quemadmodum igitur primum Caroli M. matrimonium cum Desyderij Regis Longobardorum ultimi filia (quam Irmogardam Auentinus nominat) matris iussu ac voluntate (pacis forsitan & amicitiae inter utrumque Regem conciliande causa) contractum infelix & inauspicatum fuit, quoniam illam mox repudiauit; sic Henrici M connubium, quod matris similiter sua voluntate suaque cum Margareta Henrici 11. Regis Gallæ filia iniij: (quo spes fuerat firmam & tutam totius Regni pacem sanciri posse) quam infelix, quam inauspicatum, quam triste & funestum fuerit, res et cœnitus ipse, prob dolor, satis docuit.

Ut autem reliqua Caroli M. connubia cum Hyldegarda in primis, deinde

deinde cum Fastrada, & cum Luigardis fælicia admodum fuerunt & fausta, secunda atque secunda: ita Deum precabimur ex animo, ut hoc Henrici M. infortium alterius coniubij fælicitate compensare eiq[ue] vxorem eius virtute maiestateq[ue] dignam copulare dignetur, quæ illum ex aduersa hac sua fortuna recreet atque reficiat, & pulcherima prole Regniq[ue] bærede beatum faciat.

Quod autem Carolus M. concubinarum quoque consuetudine usus est, ut homo humani quid passu eſt grauiterq[ue] peccauit. Itaque hæc eius polygamia, & concubinarum consuetudo nullam excusationem, sed reprehensionem potius, iustissimam mereatur. Constantinus quoque M. parum aduersus concubinas videtur seuerus fuisse, qui maritis concubinas ita interdit, ut ijs, qui sunt cælibes, relinquere videatur, cuius hæc eſt constitutio: Nemini licentiam concedimus, constante matrimonio, habere concubinam. Hoc autem Caroli M. peccatum Deus Pipini gibboſi filij eius ex concubina nati rebellione & confiratione aduersus eum grauiter puniuit.

Nos autem orabimus Deum, ut hanc Henrico M. mentem injiciat, ut maritalem viræ societatem honestam, castam, sanctam, abi- pto Deo partim sobolis procreandæ causa (ne genus humanum temporis longinquitate occideret) partim libidinis & scortationis vitandæ gratia institutam, thorumq[ue] coniubialem incontaminatum atque purum, cuiusq[ue] pellicum, concubinarum atque meretricum consuetudini turpi, irfam, flagitiosa, pernicioſa periculosaq[ue] propietate sua anteponere per seueret.

Caroli deinde M. erga Bereradim matrem pietas prædicatur. Illam enim ad extremam usque senectutem magno in honore habuit, summa reverentia coluit, ita ut nulla unquam inter eos sic exorta discordia, præterquam in diuorio filiæ Desyderij Regis, quam illa suadente duxerat: illam denique post mortem Hildegardis, quum iam tres nepotes suos, totidemq[ue] nepres in filij sui domo vidisset, vita hac defuncta, in eadem basilica, qua pater sicut eſt, in æde Dionysij, magno honore curauit humari.

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

Non minore Henricus M. pietate, amore, honore & obseruantia
matrem suam Ioannam Reginam Nauarræ, religionis vita morum-
que magistram fidelissimam, constanter prosecutus est, quam etiam
Lutetiae paulo ante nuptias suas pie defunctam non sine veneni suspi-
cione, honorificientissime sepeliri curavit.

Sororem quoque suam vnicam Cislam nomine vita monastica
addictam Carolus M. non minori quam matrem pietate coluit, qua
paucis ante eius obitum annis in eo, in quo habitavit, monasterio de-
cessit. Ita Henricus sororem similiter suam vnicam Margaritam no-
mine, cuius opera in Bearnensis & Nauarrense sua ditionis admi-
nistratione optima ac fidelissima viscerat, lectissimam castissimamque
virginem fraterno amore atque honore prosequitur.

Sequitur Caroli Magni honesta, pia, diligens accurata, liberorum
veriusque sexus educatio ac institutio. Liberos enim suos (ut scribit
Eginhartus) ita censuit instituendos, ut ram filij, quam nepotes libe-
ralibus studijs, quibus & ipse operam dabant, erudirentur, tum filios,
quam primum aetas patiebatur, more Francorum, equitare, armis ac
venationibus exercerentur. Filias vero lanificio assuescere, coloq' &
fuso, ne per otium torperent, operam impendere, atque ad omnem bone
statem erudiri curavit. Filiorum praeterea & filiarum tantam in edu-
cando curam gesit, ut nunquam sine illis domi cœnaret, nunquam si-
ne illis iter faceret. Adequitabant ei filij, filie vero ponere sequebantur:
quarum extremum agmen ex satellium numero ad id ordinati tue-
bantur.

Multi extant de liberorum, Principum praesertim, educatione &
institutione libri præclari, qui multa præcepta retilia continent. En-
tibi exemplum educationis præstantissimum, quod plurimorum lib-
erorum præceptorumque instar tibi esse poterit. Nam cum due sint par-
tes hominis, ex quibus est conformatus, animus & corpus, Carolus M.
animos quidem filiorum suorum liberalibus artibus ac disciplinis, qui-
bus ipse quoque imbutus erat, ad omnem humanitatem, honestatem at-
que virtutem excoli, ac informari, corpora autem bellicis exercitijs,
nempe

tempe equitationibus, armis palæstra, venationibus quibus ipse quoq;
delectabatur, exerceri curauit, ut nimirum & corpore & animo ad pa-
tria inferuendum apti esse possent & idonei. Quantum ad filias acci-
net, observatione dignissimum est, quod illas non otio (quo & animi
& corpora facile corruptiuntur, quodq; multorum scelerum & flagitio-
rum est initamentum) indulgere, sed honestis arcibus, v: lanificio,
culo atq; fuso vacare voluit, quarum artium hodie multas non modo
nobiles & generosas, sed etiam tenuis & ignobilis sorteis atq; fortuna
mulieres atq; puellas ferè puderet, ita ut illas sibi dedecori esse existi-
ment atq; ignominiae, Persas forsitan imitantes, apud quos, teste Curtio,
lanificium res habebatur sordida & ignominiosa. Augustus contrà
tancus Imp. similiter vt Carolus M. filia & neptees, vt Suetonius scri-
bit, ita instituit, vt lanificio etiam assuefaceret. Apud Rom. lanifi-
cium magno fuisse in precio indicat vox Talasio nuptialis, que ex-
hortatio erat, teste Plutarcho in Romulo, ad lanificium, quod Graci
rōλασιαν vocant. Vnde etiam moris erat apud eosdem, vt nubentes
virgines comitaretur colus & fusus cum flamine.

Animaduersione postremò dignum (quod omnes parentes imitari
debet) quod vt Daniel olim & heroici Iudeorum atq; Babyloniorum
liberi in Regis conspectu educari consuerat, ita Carolus quoq; M.li-
beros suos virtusq; sexus in conspectu suo educari voluit; oculos suos il-
lis semper habuit intentos, eorumq; assiduum sese inspectorem prebuit.
Nam ve oculus Domini domum ædificare, agrum colere atq; sterco-
rare, equos aliaq; pecora optimè pascere dicitur, ita oculi parentū (mo-
do peruerso præposteroq; amore non sint exsecati) optimi sunt & effi-
caciissimi liberorum magistri atq; pedagogi.

Henricus autem M. et si nullos habet ex matrimonio liberos, ra-
men subditos suos liberorum atque pignorum charissimorum loco du-
cit, quos magnoperè cupit pijs honestijs animi & corporis exercitijs
deditos ab otio, ignavia atque desidia, quam nihil turpis, fardine, da-
mnosius & periculosius, esse alienissimos. Nihil ei gratius est &
optimius quam pueritiam ac iuuentutem in Scholis & Academijs ad id
institutus omni virtutum & scientiarum, artium, pacis & bellique-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

re optimè institui ac erudiri, ut aliquando & Ecclesia & Reipublica domi forisq; magno vsui ornamentoq; esse possit. Parentes omnes vehementer exceptat Caroli M. esse imitatores, hoc est, in liberorum suorum honestam piamq; educationem ac institutionem omni studio, labore & opera sua incumbere, ut non modo familie, sed Reipublica atque patriæ magno sint aliquando commodo ac ornamento.

Præterea Carolus M. liberorum suorum amore maximo flagravit, cuius signum fuit cum honesta liberali q; eorum educatio (de qua paulò antè dictum est) cum quod & duorum filiorum, Caroli maximiani & Pipini, & filiæ Rodrudis, quæ Constantino Constantinopolitanus Imperatori despensata fuerat (quos ex secunda uxore Hyldegarda natos solos ante obitum suum ex omnibus liberis suis amiserat) mortem ægrè nimis molestęq; tulit, ita ut modum multissimū visus fuerit transfilisse. Deinde Pipino filio suo secundo genito Italiae præfecto visita bac defuncto Bernhardum filium eius nepotem suum in Italiae Regno patris succedere, & quinque eiusdem filias superstites Adelhaidem, Atalam, Gundradam, Bertam, ac Thedradam inter filias suas educari curauit. Ita Henricus M. omnes Imperio potestatiq; sua subiectos, sibi præsertim morigeros & obsequentes, dictoq; audientes incredibili amore complectitur, illorum commodis atque saluti non secus ac si sui liberi essent, fidelissimè consulit, contrà illorum incommodis, calamitatibus, periculis, morte animo suo mirificè discriminatur & torquerur.

In amicitijs & contrahendis & semel initis atq; contractis conservandis, tuendis, omnīq; officiorum genere colendis Carolus M. se facilem, fidelem & constantem præbuit. Similem laudem Henrico M. tribui posse omnes norunt, qui illum norunt. Nam ut ad quos suis vel maximis inimicos suos, à quibus maximis afflictus est iniurijs (filios iniuriarum suarum penitet, earumq; veniam ab illo petunt) in gratiam atque etiam in amicitiam suam recipiendos, pro incredibili natura sua bonitate ac mansuetudine, est promptissimus, ita in amicitijs tuendis & colendis singulari est fide atque constantia.

Porrò

Porrò Carolum Magnum Deus non solum externis, & quidem grauiissimis, quæ gesit aduersus barbaras gentes, verum etiam intestinis & domesticis bellis atq; turbis exercuit. Nam in Germania primum magna & valida aduersus illum facta est coniuratio, cuius auctores atque socij partim luminibus fuerunt orbati, partim, & quidem plerique in exilium (cum longè grauius & atrocius supplicium fuissent promeriti) fuerunt electi, nulli occisi præter tres, qui ne comprehendenderentur strictis gladijs, occisis etiam nonnullis, se obstinate defenderant. Deinde cum suscepta expeditione aduersus Hunnos in Boaria byemasset, Pipinus filius ex concubina natus (& hæc quidem polygamiæ eius pena fuit) facie pulcher, sed gibbo deformis, morbo simulato, vana quadam spe Regni à nonnullis Francorum proceribus laetatus atque deceptus, aduersus patrem suum confiravit, non secus atque Absolonus olim ex adulterio procreatus, qui facie pulcher, animo deformis fuerat, ambitione, & Regni cupiditate atque spe vana delusus, adulotorum quorundam illecebris ac lenocinijs incitatus & impulsus aduersus Dauidem patrem suum insurrexit, ac coniuracionem sceleris plenam fecit, quod ipsum quoque iusto Dei peccatis peccata punientis iudicio factum esse quis dubitat?

Verum hac conspiratione atque fraude mox, Dei benignitate, detecta, Carolus Magnus pro admirabili sua benignitate Pipinum filium nulla alia pena (cum grauissima dignus fuisset) affecit, quam quod illum tonsum in cœnobio opulentissimo, quod in agro Treuerensium est situm, Prumia dictum (quod ritæ genus ille iam ante a sua sponte amplexus fuerat) vivere permisit. Verique autem huic confirationi ansam & occasionem præbuisse creditur, ut Eginhartus testatur, Fastrada crudelitas, cui Carolus Magnus nimium indulsisse, atque ita à solita & vistata sua lenitate ac mansuetudine deflexisse vi sis est.

Hac quoq; in parte, & in aduersa hac fortuna quanta inter Carolum M. & Henricum M. sit similitudo, vel me tacente facile intelligi. Non enim unus tantum atq; alter Pipinus gibbosus, & nothus

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

seu spurius, sed (prob dolor) multi quasi Pipini spurijs, hoc est, Galli, siue Franci non genuini & veri, sed fucati & adulterini aduersus Henricum M. verum, naturalem, iustum legirimum quoque suum patrem, patronum, pastorem, Dominum atque Regem (quem eum patrem ipsi, eum filij, veri, amore, honore & obsequio colere debeat) ambitione, auaritia, inuidia, odio & alijs prauis affectibus incitati, non morbum, ut Pipinus, sed religionis, & quietatis & iustitiae studium simulantes insurgunt & insultant, periclitaciter obstinateque ei repugnant ac reluctantur, illi quoque pacto vel dolo & fraude, vel vi aperta & medio tollere conantur. Hi vero sunt Titanes, Gygantes, Theomachi, qui, ut Paulus loquitur, diuinæ ordinationi seu confitucioni aduersantur, & idcirco iudicium, id est, pœnam diuinam subibunt, id quod experuntur quotidie. Hos Plato quoque, ut Cic. ait, Titanum est genere statuit, quod ut illi cœlestibus, sic hi aduersantur magistratibus. Deus dura & plus quam ferrea illorum hominum pectora emollire, et ad iustū debitum hunc Dei, tum Regis sui obsequium flectere dignetur.

Ut autem Fastrada mulier superba et insolens, conspiracionū atque turbarum istarū causa et origo excusisse dicitur, sic viam hodie quoque non multa in Gallia existissent, et adhuc essent Fastradae, hoc est, mulieres crudelis, immanes, superbae, astutae, callidae, malitiosae, turbarum istarum omnium atque molestiarū quasi flabellæ, quæ viros suos, ut Eua Adamum, miris verborum blanditijs atque lenocinijs in multas et quidem capitales fraudes impulerunt. Hinc documentum capiant omnes viri, ut non temerè mulieribus verbis atque consilijs fraudum & insidiarum sapienter plenissimis obsequantur, si & sua priuata & publica consilia patriæ saluti bene volunt esse consultum.

Quemadmodum autem Deus duplificem istam coniurationem paterfecit, atque ita Carolū M. ex maximis vita periculis eripuit: ita prædicti cari satis et celebrari non potest immensa Dei Opt. Max. clementia atque misericordia, qui Henricū M. ab incunte etate ad hoc usque tempus ex innumeris innumerabilium suorum hostium cōspirationibus, machinis, infidelijs, dolis ac fraudibus eripuit ac liberavit. Eide supplicabimus, ut in posterū quoque eiusdem vitā atque salutē umbra alai suatum, hoc est, dia-

uino & angelico suo praesidio aduersus omnes iuratos & obstinatos eius hostes tueri atq; tegere, & conitaciones, cōspirationes, ligas atq; fædera ista omnia cruenta rūpere frangere, cōuellere ac labefactare dignetur.

Postremò ut Carolus M. in occulto tetrosq; istos suos hostes non sc̄iuit, nec crudelitatem & immanitatem ullam exercuit, sed ritæ illorum atq; salui clementissimè perpercit; ita admiratione est omnibus incredibilis, rara & inusitata Henrici M. clementia, lenitas, mansuetudo, placabilitas, qua quibusvis vel acerbissimis & iniuriosissimis suis hostibus respicientibus, culpā suam agnoscētib⁹ ac deprecantibus, veniamq; ab eo petentibus ignoscit ac veniam dat, memor dicit illius Christi: Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur.

Carolum M. ait Eginhartus, per omne vita sua tempus ita cum summo omnium amore & fauore & domi & foris conuersatum esse, ut nunquam ei vel minima iniusta crudelitatis nota à quoquam suis societate. Non minus verè hoc de Henrico M. dici & affirmari potest, quem constat domi & foris incredibili amore, fauore & honore (quo quidem est dignissimus propter virtutum eius generis præstantiam) ab omnibus ferè Christiani orbis populis coli. Exsdem etiā causa est bonitas ac benignitas & humanitas, quam n. uultis iam modis testatam fecit, ut omni modo nota, sed etiam suspitione vel minima crudelitatis careat. Constantini quoque M. sumam legimus fuisse lenitatem ac mansuetudinem, ita ut non facile se ad iram & vindictam commoueri sit passus. Unde cum homines quida seditionis ac petulantis statuā eius lapidassent, & accusatores crimen illud atrocis atrocissimis verbis amplificassent, clamitantes non minus graue esse hoc lese maiestatis crimen, quam si ipsius Imp. viua facies lapidibus cœsa atq; etiam cœtusa fuisset. Hic Const. manu sua facie palpans, & leniter arridens, placide respondit: nullū se vulnus ex illa lapidatione sentire. Quo responsō non solum accusatores illos elusit & abegit, sed etiam alios principes docuit, ut in sua causa placabiles se præbeant.

Porrò Caroli M. φιλοξενία, hoc est præstantem & eximiā erga peregrinos humanitatem ac beneficentiam Eginhartus his verbis

C A R O L . M . R E D I V I V U S I N C H R I S T O

pradicat & extollit. Amabat peregrinos, & eorum suscipiendorum magnam habebat curam, adeò ut eorum multitudo non solum palatio verum etiam Regno non immerito videretur onerosa: ipse tamen pro magnitudine animi huiuscmodi pondere minimè grauabatur, quum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis ac bonæ famæ mercede compensaret. Hæc ille. Inter omnes ferè virtutes nulla est, quæ in sacris & prophanicis liceris tantopere commendatur & laudatur, quam hospitalitas, id est, humanitas, liberalitas atque beneficentia erga peregrinos. Præ cæteris gentibus Lacedæmonios & Romanos legimus hospitalitatis studiosissimos, & peregrinus humanissimos esse ac benignissimos præbuisse, quæ non minima diuturni, stabilis ac florentissimi illorum Regni & Imperij causa fuisse existimatur. Esi vero quos suis homines priuatos, tamen Regis, Principes ac magistratus maximè decet esse hospitales, & peregrinos suscipere, fouere, tueri atque defendere ab omnī iniuria. In hospitalitate contrà nihil est terrius, nihil fœdius, nihil turpis, nihil ab omni iure diuino & humano alienius. Ut autem hac virtute Galli omnibus ferè alijs gentibus, omnium eorum, qui in Gallia aliquando vixerunt, confessione atque consensu, ad bune usque diem præstiterunt, ita Henricus M. inter omnes Gallos, quibus præcepit & imperat Dei gratia, huius virtutis laude principatum videtur obtinere. Nullis enim verbis prædicari sati atque laudari potest eximia illius erga peregrinos fides, amor, studium, humanitas atque benignitas. Experti sunt id, & adhuc quotidie experientur omnes peregrini, qui ex quacunq[ue] orbis terrarum parte ad illum perueniunt, quorum alij in Gallia manentes, alij domum redeentes nihil Rego illo humanius ac benignius esse prædicant.

Nec vero erga peregrinos tantum Carolus M. verum etiam quosvis pauperes, inopes, egenos, siue in suo essent Regno, siue extra eos & peregrinos mirifice benignus fuit atque beneficus. Id testatur eius Testamentum (de quo postea) quo maximam gæzæ atque bonorum suorum partem pauperibus legavit, immò quæ Ecclesijs legavit, ea lege atque conditione ijs reliquit, ut ad pauperum & inopum vi-

tam sustentandam conferantur. Deinde in longinquas quoq; & transmarinas regiones, ut in Syriam, Aegyptum, Africam, Hierosolymas, Alexandriam atque Carthaginem & alia in loca, in quibus comperebat Christianos egestate ac paupertate, quæ graue es^c onus, premi & conflictari, magnam pro pietate & misericordia sua Christiana vim pecunia, ad inopiam eorum subleuandam, mittere solebat. Et hanc ipsam quidem ob causam, ut etiam Constantinus olim M. transmarinorum Regum amicitiam ambist, quò maiori Christianis sub illorum Imperio degentibus auxilio posset esse atque subfido.

Henricum similicer M. erga pauperes & inopes benignissimum ac beneficentissimum esse, res ipsa atque facta eius quotidiana testatur. Vt inam hodie non reperirentur nonnulli principes ac magistratus, qui non modò nulla pauperum ac inopum commiseratione tanguntur nullaq; eos beneficentia prosequuntur: verùm etiam eos duexant & exagitant, fame, siti, nuditate confici ac interire patiuntur. Quin immò s̄a penumerò iniquis, iniustis, intolerabilibus ac violentis rectigalium, tributorum ac pensionum impositionibus & exactionibus multos diuites & opulentos ad extremam egestatem ac mendicitatem redigunt.

Etsi autem Carolus M. erga pauperes & inopes valde fuit misericors, benignus & beneficus, tamen mendicos otiosos & vagabundos non passus es^c hinc inde palantes passim in urbibus, & in agris alijs esse molestiae atque oneri, & hanc vagam mendicorum vitam, quæ multorum s̄a scelerum atque flagitorum causa es^c & origo, severa lege coercuit atq; repressit. Hac lege veruit mendicis palantibus quicquam tribui, suos quamq; regionē inopes alere, validos labore victimum queritare iussit. Fuit hæc Caroli M. lex congrua legi diuinæ, qua prohibitum erat, ne quis in populo Dei esset mendicus, congrua & conueniens honestati, quæ vagis huiusmodi mendicandi libidine multis modis lèditur. Symmachus quoque Ebnicus testatur; Ebnicos non pas- sos esse quenquam è populo in urbe mendicare.

Ejet sane optandum magistratus in huiusmodi mendicorum va-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

gantium libidine atq; licentia, quæ plurimorum & priuatorum & publicorum malorum causa est & occasio, coercenda maiorem adhibere diligentiam ac severitatem, nec ita quibusvis siue ciuibus, siue peregrinis mendicandi, & hinc inde vagandi licentiam permittere. Apud Gallos quidem haec Carolina lex & constitutio diligenter adhuc obseruatur, nec ciuiquam per urbes & pagos vagandi & ostiatim viellum queritandi licentia conceditur. Sed validi quidem & robusti ad labores & opera compelluntur, qui autem præ corporis & valetudinis imbecillitate viellum sibi labore corporis comparare non possunt, ij certis locis ad id destinatis, quæ hospitalia vocantur, aluntur ac nutritiuntur. Atque hoc quoque est Magistratus nostri amplissimi & sapientissimi institutum, quod faxit Deus ut bene fæliciter & cœpit, ita bene fæliciter & tueretur atq; conseruet.

Hanc ipsam quoq; Carolinam antiquam patriarum legem ac consuetudinem, ut alias quoque leges & consuetudines bonas & honestas Henricus M. omni suo studio atque operazueri & conseruari est paratus.

Præcerea Carolum M. non animo tantum, sed etiam corpore fuisse magno, pulchro, sano & robusto Eginhartus et alij historici restantur. Corpore, inquit Eginbarius, fuit ample ac robusto, statura eminente, quæ tamen iustum non excederet, nam V 11. suorum pedum proceritatem eius constat habuisse figuram: apice capitis rotundo, oculus prægrandibus ac vegetis, quibus (ut etiam de Augusti oculis refert Suetonius) vigoris quid diuini inesse videbatur, naso paululum mediocritatem excedente, canicie pulchra, facie lata & hilari, unde forma auctoritas ac dignitas tam flanti quam sedenti plurima inerat, quanquā ceruix obesa et breuior, venterq; proieclior videbatur, tamen haec membrorum ceterorum celabat equalitas. In monasterio S. Galli Helveticico extant literæ Caroli M. quibus addita est imago faciei et pectoris in rota Romana; unde apparet eum specie fuisse virili & plena manifestatio.

Hinc apparet Henricum M. Carolo M. prædecessori & agnato suo

suo non animo tantum, sed etiam corpore esse simillimum. Nam ut ille, ita hic corpore est ad ferendos ac tolerandos quosvis labores robusto & valido (et si non tam amplio & procero, ut Carol. M.) lato pectore, lati humeris. Deinde, ocales magnis, casuis, vegetis, claris ac nitidis, quales etiam C. Iulij Caesaris & Augusti Imperatoris Rg. oculi fuissent perhibentur. Supercilijs decoris & elatis, fronte lata, naso magno & aquilino, quali Cyrus quoq; olim prædictus fuisset dicitur, canitis (qua curæ & molestiæ ei accelerant) decora, facie atque vultu læto, hilari et amabili. Deniq; forma eximia, venusta, Regia, dignitatis plena. De Augusto Imp. Rg. Sutorius tradit illū vulcu vel in sermone, vel tacitum adeò tranquillo, serenoq; fuisset, ut quidam è primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum, ac remollitum, quod minus (ut destinarat in transitu alpium per simulationem colloquij propius admissus) in præcipitiū n propelleret. Sic Henrici quoque M. & verè Augusti vulcus (qui tacitus est index animi) adeò est venustus, laetus, serenus, amabilis, ut multi confessi sint, se, cum antea ab eo alienissimi, eiq; inimicissimi fuissent, eius conspectu subito mutatos, & ex inimicis, deposito abiectoque omni odio, ei amicissimos factos fuissent. Nonnulli etiam, qui vel sua sponte, vel ab alijs solicitati ac subornati vim manusq; ei adferre tentauerant, eius vulcu conspectuque à sceleri conatuque suo nefario (sicut confessi sunt) deterriti & in stuporem quandam & admirationem eius conuersi fuerunt. Hec Henrici M. corporis forma virilis simul et venusta raticinio quondam antiquo fuit prædicta. Incessu Carolus M. fuit firmo totaque corporis habitudine virili, quod idem de Henrico M. potest affirmari, cuius tota corporis constitutio virilis & excelsi eius animi est index, virilem et verè Regiam dignitatem praefert, incessu autem pro more Galorum viuus paulò celeriore & festinantiore, cuiusmodi sane incessum praesens etiam rerum status postulat.

Voce Carolus M. clara quidem fuit, sed quæ minus corporis forma conueniret; vox Henrici Magni est clara, virilis suavis, humanitatis simul & gravitatis plena. Hic de eloquentia simul viriusq;

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

est dicendi locus. Duæ sunt, inquit, Tullianum illud eloquentiae flu-
men, artes, quæ possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis,
una Imperatoris, altera Oratoris boni, ab hoc enim pacis ornamenta
retinentur, ab illo belli pericula repelluntur. Sic Cornelius Tacitus
in dialogo de Oratoribus priscis, scribit persuasum fuisse omnibus, ne-
minem sine eloquentia aut assequi posse in ciuitate, aut tueri conspicu-
um & eminentem locum. Idem eodem in libro eloquentem eleganter
præsidium simul & telum vocat, quo propugnare pariter & incessere
quis possit, quibus conueniunt illa Ciceronis: Quid est, inquit ille, tam
necessarium, quam tenere semper arma, quibus teclus ipse possit reb
prouocare improbos, vel te vlcisci lacestus? Eloquentia igitur, ut
scribit Eginhartus, Carolus M. fuit copiosus & exuberans, poteratq;
quicquid vellet apertissime exprimere. Idem de Augusto scribit Sue-
tonius, nempe promptam ac profluentem, quæ decet Principem, eius
fuisse eloquentiam, eique curam hanc fuisse præcipuum animi sensum
quam apertissime exprimere. Optimè sanè, nam, ut rectè ait Cicero,
hoc uno præstamus vel maximè feris, quod colloquimur inter nos, &
exprimere dicendo sensa possumus. Eloquentia autem Caroli M. exu-
berantis testes sunt libri illi contra Iconolatriam, id est imaginum cul-
tum scripti stylo copioso & abudante. Henricus M. ut Imperatoria,
ita oratoria arte & facultate Carolo M. meritò est cōparandus, cuius
tamen eloquentia non est, ut Caroli M. Asiatica, ampla, copiosa, re-
dundans, & exuberans, sed laconica, breuis, acuta, neruosa, paucis
multa complectens, plana simul & perspicua. Deniq; ut in omni vita,
ita in oratione tenet & colit difficultiam illam societatem grauitatus
cum humanitate ac festiuitate.

Valeudine Carolus M. fuit prospera, nisi quod per IIII. annos
ante obitum crebris conflictatus est feribus, & ad extremum etiam
vno claudicauit pede. Sic Suetonius scribit C. Iulium Cæsarem IIII.
postremis vitæ annis animi deliquio laborasse. Valeudine adhuc
Henricus quoque M. vesus est Dei benignitate prospera & secunda,
qua faxit Deus ut diu fruatur, quò tot tantu[m] curis, sollicitudinibus,
molestijs

molestijs, laboribus, arumniis pro Regni patriæ salutem sustinendis ac serendis par semper esse posse, & corpore pariter atque animo valeat plurimum. Pro hac eus valetudine & sanitate corporis atque animi, quia ille ad totius Regni patriæ communis salutem veitur, nos non (ut olim Eshrici) Aesculapio nescio cui gallū, sed Deo summo & verissimo animi corporuq; medico vota precesq; bidaas & ardentes debet offerre. Valeudine porro hanc suam Carolus M. turbatur, tam medicorum opera atq; consilijs, medicamentis atque pharmacis, quam partim exercijs honestis & virilibus, partim diæta sicca atq; sobria, ac cibi potuq; temperantia, de quibus nunc nobis dicendum. Infebris illas satis curandis, inquit Egiharius, plura arbitratu suo, quam medicorum consilio fecit, quos penè exos habebat, quod ei in cibis asfa quibus assueverat, dimittere, & elixis assuescere suadebant. Sic Tyberium quoque Imp. Ro. testatur Suetonius valetudine usum esse prosperrima, & tempore quidem principatus penè toto prope illas, quam tamen à trigesimo atatis anno arbitratu sui r. xerit sine adiumento consiliorum medicorum.

Idem de Pausania Lacedæmonio literis memo iæg prodicatum est, quod & ipse valetudinem curabat sine medicorum auxilio, unde cum medicus eum interrogasset, πως γέρανος γέροντας, id est, quomodo factus es senex, respondit fuisse, quia non sum usus te medico. Idem ad medium dicentem, εδέντανός εχει, id est, nihil habes mali, simili modo respondit, καὶ τοι λατρεύει μάρτυρας, id est, quia non te vor medico. Sed ut omnibus in rebus, ita hoc quoque in parte tenendum est medium, vitanda duo extrema: unum est medicorum & medicamentorum con tempus atque neglctio, alterum est creber nimis & frequens medicamentorum usus, & medicorum multorum turba que. vt, teste Dionis Arianus mortuus est, ipsum perdidit. Henricus itaq; M. eti propter sanam corporis constitutionem medicorum opera atq; consilijs non valde indiget. (Nam, teste ipso Christo, qui valent & sanant, non indigent medico) tamen & medicos & medicinam, seu Dei donum atq; manus singulare plurimi facit, & si opus est, medicorum

Q

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

confilia atque pharmaca nequaquam aspernatur ac rejicit, sed ijs lumen virtutis, memor dicti illius sapientissimi, Ecclesiastici cap. 35. Honorabile medicum digno munere, ut utaris eo in necessitate. Nam Dominus eum creavit, & medicina ab Aliissimo exorta est, & Reges honorant eum. Ars medici exaltat ipsum, & facit eum magnum apud Principes & magnates. Dominus medicamenta, & remedia ex terra produxit, & prudens non aspernatur ea. Interim tamen cum in terra occupationum molestiarumque mole non ei sit otium ut valetudini seruire & operam dare possit, Deus, Deus inquam est, qui eius cum corporis, cum animi sanitatem admirabili ratione tueretur atque conseruat.

Exercitia porro corporis, quibus Carolus M. cum animi, cum valetudinis tuenda causa Christus est, tria commemorantur ab Eginhato, nempe Equitatio, Venatio & Natatio sive Natatio, et thermarum Christus. Exercebatur, inquit ille, assidue equitando & venando, quod diligentilatum erat: quia vix villa in terris natio inuenitur, quae hac in re Francos possit aequari. Caium Iulium Caesarum quoq. Suetonius tradidit armorum & equitandi peritissimum fuisse, & ut addit, laboris ultra fidem patientem. Plutarchus etiam testis equitandi Christum Cesaris a pueritia adeò fuisse facilem, ut reflexis in tergum manibus, equum saepè velocissimo cursu concitatare consueverit. Persae (teste Herodoto) a pueritia (id quod et fecit Carolus M.) filios suos sagittandi & equitandi arte curarunt institui. Apud Parthos præcipue (ut etiam apud Francos) equitandi Christus fuit creberrimus & frequentissimus, ita ut equis & bella, & quævis sive publica sive priuata officia atque munera obire consueuerint. Apud hos inter liberos et seruos hoc erat discriminem, quod serui pedibus, liberi equis incedebant. Equitatio autem (cuius Bellerophonem, teste Plinio, antiqui primum auctorem faciunt) liberum hominem, ut est apud Platonem in Lachete, maximè decet, & ad sanitatem, ad robur corporis, ad bellicam disciplinam confert atque conductit, ut Xenophon, Plato, Philosophi & medici testantur. Plato lib. de leg. inter cæteras gymnastica bellica species equitationem quoque ponit, qua non viros tanium, sed etiam puellas uti posse & debere certum.

suit. Galenus similiter inter reliquas exercitationes gymnasticas, non infimum locum equitationi tribuit, qua non corpus tantum, sed etiam sensus scribit exerceri: & id medicorum quorundam testimonij probat. Alexander Trallianus in dolore capitis, quoniam causa frigida gignit, ut in epilepsia, et in surditate salubriter adhiberi restatur. Hanc Plinius lib. 27. C. 7. stomacho & coxis (tamen si Hippocrates obesse potius scripsit) utilissimam habitam fuisse scribit. Haec sensuum instrumenta subinde purgat, eaque acutiora reddit, hydroponicos (ut sensit Trallianus) si quid aliud, maximè iuuat. solutam aluum, & effluorem, teste Celso, coerget: crura quoq; tenuia crasse facit, ut Germanici exemplo Suetonius affirmat. Cæterum thoraci maximè aduersatur, nec non vesicæ male affectæ, in cuius ulceribus curandis Archigenes clarissimus ille Hadriani Imp. archiatros præcipue ritandam esse equitationem docuit.

Hoc exercitationis liberalissimæ, bellicissimæ et saluberrimæ genere Henricus M. à pueritia usus & delectatus est, equitanandi studiofissimas ac peritissimas; unde etiam nulla ferè ei dona atq; munera magis sunt accepta et grata, quam optimi & generofissimi belloq; aptissimi equi. Equitationibus item creberrimis et celerrimis hodie, non tam vel voluptatis et animi, vel valetudinis gratia, quam necessitatis, & suæ suorumq; salutis ac defensionis gratia vivitur, quarū ille, quod quidē omnes testes oculati satis admirari nō possunt, adeò est patiens, ut armatus, et quidē graui armatura inductus XXIII. horarū spacio equitationem continuā, ita ut nunquam de equo descedat, ferre atq; tolerare possit.

Quod ad venationem attinet (qua non solum Persarum Reges, ut Xenophon in 1. Pædia Cyri, & multi alij testantur, verū metiā potentissimi alij Reges ac principes usi sunt) illam similiter et ad animi oblationem ac voluptatem, & ad sanitatem corporis atq; animi, & ad bellicam fortitudinem spectare, plurimorum historicorum, medicorum & philosophorum testimonij, Regum exemplis, usu & experientia ipsa ita clarum & manifestum, ut probationis alia non sit opus.

Nec tamen Reges & Principes vel Nimrodum, vel Esanum,

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

quorum in sacris literis fit mentio, vel antiquos illos Francorum Reges, de quibus supra, vel etiam Mithridatem Ponti Regem potensissimum imitari debent, quem usque adeo sanitatis & vita studiosum & venationi deditum fuisse legimus, ut VII. annis, neque viribus, neque ruris recto usus sit. Hoc est, non debent ita venationibus operam dare, ut interim res atque negotia seria, grauia & ad Reipublicam pertinentia negligant, & alios cuncti pro suo arbucio seu libidine potius in Repub. & in Ecclesia agendi potestatem atque licentiam permittant: atque ita dum illi feras in Sylvis & nemoribus immoderato ac improbo labore conseuerantur, interim subditos suos multorum quasi venatorum & tyrannorum iniurijs vi atque insidijs disuexari & opprimi patientur.

Quod ad Henricum Magnum attinet, ille quidem incredibili rendandi studio dicitur, nec tamen idcirco (ut prisci illi Francorum Reges, de quibus supra, facere consueuerant) rerum & bellicarum, & ciuilium, & forensium & Ecclesiasticarum curam negligit, sed cuncta (ut experientia quotidiana docet) ad Regni & Reipublicam salutem pertinentia ipse metuens, curat, inspicit, perlustrat, gerit, & administrat optimè ac sapientissimè. Vtetur quidem ille consilio atque opera procerum, Principum ac consiliariorum suorum fidelissima, interim tamen suum quoque cum illis coniungit consilium, studium, laborem atque operam. Non etiam hoc tempore otium illi conceditur ad feras settandas, sed (prob dolor) feros & immanes suos hostes, qui feras non aequant solum, sed etiam superant feritatem atque ferocia, à quibus non ipsius tantum, sed totius Regni patriaeque salus immanissime oppugnatur, consecrari ac persequi armis belloq; illustissimo cogitur.

Natatu quoque frequenti Carolus M. teste Eginbarto, corpus exercuit, cuius adeo fuit peritus, ut nullus ei iure preferri potuerit. Natationis olim maximus fuit usus, ita ut pueri simul cum literarum elementis natandi artem dissererent, unde proverbium illud: Nec literas scit, nec natare, contra bardos & inertes, profectum est. Nata-

tionis

zionis pericia in bellis, in naualibus praesertim pugnis, in transiundis
vadiis ac fluminibus valde utilis, immo necessaria, ut contra artus e-
ius ignorantia & imperitia, sive magnarum cladum est causa, quod
exercitus Cyri euemisse Xenophon prodidit. Hanc ob causam Roma-
ni, ut scribit Vegetius, campum Martium Tyberi vicinum delegerunt,
ut in altero armis se exercearent, in altero sudorem ac puluerem di-
luerent, & natare simul discerent. Natandi peritis legimus sive ma-
ximos Principes in grauissimis periculis seruatos esse. Vnde Plato in
Gorgia natationis usum varium & multiplicem commendans, hac
homines sive periculis maximis euadere, & ad audendum fortiores
animosioresq; reddi scribit. Sic Julius Cæsar cum ab hostibus illum in-
seque: tibus urgeretur, natando discrimin euasit, & altera manu sub-
lata Commenaria seruauit. Hinc Augustus quoque traditur nepotes
suos ipse & natandi artem & literas docuisse. Nec verò ad rem tan-
tum militarem, verum etiam ad valetudinis conseruationem, & affe-
ctionum quarundam curationem, ad flicitates & ardores temperan-
dos, ad somnum induendum (vnde Horatius,

Transnato Tyberim, smo quibus est opus alto)
natationem conducere, Galenus & alij medici docent. Eius tamen se-
cundum diuersas aquarum, vel calidarum, vel frigidarum, vel mari-
timarum, vel de l. u. n., vel fluminalium, vel lacustrium, vel stagnanti-
um & qualitates, diuersae quoq; sunt vires.

Carolus ergo M. natatione illa calida (quæ indurata emolliendi,
refrigerantia calefaciendi vim habere putatur, & ob id à Coelio Aure-
lio in curandis arthritiis commendatur) cum ad oblationem & vo-
luptatem, cum ad sanitatem, ad concoctionem, ad somnum sibi conci-
liandum, cum ad disciplinam militarem usus est.

Delectatus est autem Carolus M. vaporibus aquarum natura-
liter calentium, quæ thermæ vocantur, quarum Aquas grani (vnde
etiam vrbis illa sic fuit appellata, quam alij Aquas simpliciter, alij
Aquas Graneas à Sereno Graneo legato Germanie Cisrhenanæ Ha-
driano imperante vocant) magna est copia. Et hoc quidem de causa

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

Aquigrani Regiam extruxit, ibi, extremis vitæ annis usq; ad obitum continuè habitauit, in qua urbe adhuc Imperatores innangi & coronari consueuerant.

Ab balneum autem non solum filios, verum etiam optimates & amicos, aliquando etiam satellitum & custodum turbam inuitauit, ita ut nonnunquam centum vel eo amplius vnde lauarentur.

Balnei usus ad eluendas fordes, ad leuandas lasitudines, ad corpora emollienda, calidi praesertim (vnde dicitur opere oratione à Clemente Alexand. dicta sunt) ad delicias deniq; & molliciem est magnus.

Balneis igitur istis calidis sine thermis, Carolus M. ut est verisimile, usus est cum valetudinis & sanitatis, cum animi & voluptatis honestæ, cum deniq; humanitatis & amicitiae causa, & idcirco non solum filios, sed etiam optimates, amicos, satellites corporis, custodes, magnam deniq; hominum multitudinem ad balneum ceu ad conuiuinum inuitare est solitus, illorum nimis fauore, benevolentiam & amicitiam sibi conciliandi hac sua humanitate & fouendi, & forsitan etiam multa hoc pacto cognoscendi & expiscandi gratia. Nam nullus ferè in locis plura, quæ agantur atque gerantur tota in urbe, quam in constrinatis atque balneis, (vnde proverbiū lippis & tonsoribus notum) cognosci possunt, eò quod magna ex omnibus urbium partibus hominum copia illuc confluere solet, quodque illus in locis homines nescio quomodo liberius loqui, garrire & quævis effutire consueuerunt.

Est autem utile valde & fructuosum Regibus & Magistratus quævis, quæ in urbe sunt & aguntur, subdorumque suorum rumores, opiniones, sententias atque iudicia quibusvis de rebus cognoscere.

Henricum M. verisimile est natandi esse peritum, thermis autem huiusmodi atque balneis vivendi, etiam si ipsis delectaretur, otium ei non est atque facultas, balnea & thermæ, quæ ei sudorem excutiunt, sunt bella continua & grauia, in quibus ei semper est desudandum. Et hæc de exercitijs atque balneis.

Nunc de Virtute eius & Dieta, quæ alterum & quidem optimū valetudinis cuendæ & conseruandæ, vel etiam amissæ recuperandæ est remedium.

remedium. Frustra enim valetudinem remedijs & pharmaciis curare studemus, si cibi, potus atq[ue] diatæ intemperantia nos perdimus. Vnde Cynicus ille philosophus meritò eos irridebat, qui pro sanitate licarent, & interim immodo cibo potuq[ue] sese ingurgitarent.

Carolus igitur M. in potu & cibo fuit temperans, sed in potu temperancior: quippe qui ebrietatem in qualicunq[ue] homine, nedum in se ac suis plurimum abominabatur: cibo enim nō adeò abstinere poterat, vt sēpè quereretur noxia esse suo corpori ieiunia. Vini autem & omnis potus adeò parcus erat, ut sub cœnam raro plus ter biberet. Idem ferè de Augusto prodit Suetonius, quem scribit vini natura fuisse parcissimum (quam laudem etiam Iulio Cæsari tribuit) nec amplius ter super cœnam bibere fuisse solitum. Lex mystica apud Ausonium suadet aut ter aut nouies esse bibendum: qui Musas amat, ter ternos cyathos potat; qui verò Gratiarum cultor est, ut inquit Horatius, supra tres bibere prohibetur. Anacharsis philosophus dicere solebat, vitam producere tres vias: primam voluptatis, secundam ebrietatis, tertiam mœroris. Cui simile illud Aesopicum, Bacchum tres possidere mistiones, primam quidem voluptatis, secundam autem ebrietatis, tertiam vero consumelia. Apuleius in Floridis, admonet parcè & ter tantum esse bibendum. Idem quatuor vini crateras statuit, primum ad fistim, secundum ad ebrietatem, tertium ad voluptatem, quartum ad insaniam pertinere ait. Vino, inquit Plinius, nihil est viribus corporis vilius, neque aliud perniciosius, si modus absit.

Etsi verò sobrietas decet omnes, tamen Regem ac Principem maximè, & præsertim rebus militaribus distentum. Notum est illud: Vino sapientiam obumbrari. Vnde lex Platonica iussit Magistratus, quo tempore Remp. gubernant, vino abstinere: Idē vino interdicit omnibus gubernatoribus, iudicibus & consiliariis: sic lex Mosæa sacerdotes sacrificiū tempore voluit à vino abstinere, & Salom. Rex sapientissimus magistratus & iudicis vetat vino vici, scilicet immodo, & eo tempore quo illis fungendum suo munere. Plato, Aristoteles, Eusebius, Galenus laudant vehementer legem Carthaginensem,

CAROL. M. REDIVIVUS IN CHRISTO,

qua nulli in militia & castris negotijs occupato, vinum toto militari tempore permittebatur, sed aqua ei erat bibenda. Sic Carolus M. si quem deprehenderat in exercitu ebrium, eum postea aquam potare compulit. Henrici similiter M. magna est & mirifica in cibo potuq; temperantia & sobrietas, sine qua minimè prof. Elò res tantas, & tam admirandas gerere posset, contrà à gula & crapula hoc est, immoderata cibi potusq; ingurgitatione seu animi corporisq; peste maxima alienus est atq; abhorret.

Ac Caroli quidem M. maior in potu quam in cibo dicitur fuisse temperantia & abstinentia, propterea quod reiunia habuui corporis sui noxa ac periculis minus facile ferre potuit. Ac Henricus M. in bello præsternit arque castra in die, famis, siti, reiuniorum deniq; sive necessitatis, sive sanitatis, sive etiam religionis causa sint suscepta, sc patientissimus. Utinam vero Regum & Imperatorum horum potentissimorum temperantiam omnes nostræ etatis Reges, Principes ac Magistratus imitarentur, nec ita gulæ, ebrietati arque crapula es sent dediti, quæ & ipsis, & toti Republicæ arque Ecclesiæ plurima pars dama, incommoda atq; dedecora. Hodie tamen plerique curum, qui vel Rebustiblicis vel Ecclesijs præsunt, non, ut Carolus M. & Augustus iter sed ceteros, millies, atq; ad eo totos dies noctesq; bibunt ac potant, ita ut vivere illis nihil aliud quam bibere esse videatur. Non bibunt vel ad necessitatem, vel ad satietatem, vel etiam ad hilaritatem, sed ad insaniam, ad furorem, & ad contumeliam, non sitis extinguenda & sedanda, sed eius magna abduc ir flammandæ gratia. Nec ut Carolus M. ebrietatem vel in se vel alij abominantur, et propinaciones, ut ille, ac invitationes istas pernicioſas ad bibendum prohibent, sed ebrietatem atq; temulentiam in se & alijs amant, sobrietatem con traria in se & alijs detestantur, ac detestantur: se deniq; & alios propinacionibus immanibus vinoq; ingurgitant et obruui, et ad quævis negotia atque munia ineptos planè & inutiles reddunt.

Quod ad convivias attinet, Carolus M. rariſsimè conviuari est solius, idq; principis canum solennitatibus, tamen cum magno boni num nra-

num numero, quod liberalitatis eius fuit indicium. Hodie inter nos Christianos, & quidem non praesides tanum & opulentos, sed etiam priuatos & inopes, non rarissime, sed creberrime, imò quotidie, quavis de causa & occasione conuiuia, comedationes & compotationes intem pestiuæ ac intemperantissimæ agitari consuerunt cum maxima temporis, pecuniarum, honestatis, famæ et existimationis iactura. Henrico autem nostro M. vix à tot tantisque negotijs atque molestijs respirandi atque viuendi nedum conuiuandi seu conuiuia cum suis lata & honesta agitandi spacium & facultas datur.

Cœna Caroli M. quotidiana quaternis tantum ferculis præbebatur, præter assam, quam venatores (non autem pueri aut adolescentuli quidam molles, delicati, splendidi, compri) nō patinis, lancibus argenteis, sed (more rituq; militari & venatorio, cuius apud Homerum quoque fit mentio) veribus veluti lanceis sive hastis, inferre solebant, qua carne affa ille lubentius, quam vlo alio cibo vescebat. Ita Augustus potentissimus Imperator Ro. teste Suetonio, cœnam ternis ferculis, aut quem abundantissima foret, senis præbebat, ut nō nimio sumptu, ita summa comitate. Ab hac frugalitate remotissimi sunt nostra etatis non solum Principes, sed etiam priuati homines, quorum cœna atq; conuiuia plurimis, & quidem copiosissimis sumptuosissimisq; ferculis sunt instructa cum summo & rei familiaris & valeudinis dano atque incommodo.

Henricus M. cùm exemplo suo, cùm legibus sumptuariis huiusmodi epularum ferculorumque luxum atque luxuriam (quam verè luem pestiferam atque luctuosam dixeris) cœnare atq; comprimerem conatur.

Cœna porrò Caroli Magni non tam cupedijs atque delitijs, cibis & portionibus delicatis & laetis, quam acroamatis, sermonibus, lectiunculis sacris & liberalibus instructa & quasi condita erat. Nam inter cœnandum aut aliquod acroama, aut lectorem audiebat. Tanto ergò Magnus ille Imperator literarum liberalium ac diuinarum amorem flagrabat, vt inter cœnandum quoque ijs vacaret, ijs ceu delitijs

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO;

suanissimis & saluberrimis animum suum pasceret. De acroamatibus
buiusmodi conuizialium ysu apud veteres multa extant in antiquis
litterarum monumentis. Plutarchus libro septimo Sympos. Probl. 8.
docet, quae nam acroamata cœnae sint adhibenda, & moris scribit suis
se Romæ recentis, ut Platonis dialogi animi ludiq; causa agerentur.
Plinius in Epistolis de Spurina: Frequenter, inquit, Comœdijs cœna
distinguitur, ut voluptates studijs quoque condiantur. Plutarchus
loco ante citato bene sapienterq; monet, omnia acroamata, dramata,
comœdias, tragœdias, mimos, omnes denique ludos, qui auditores ad
impudicitiam, libidinem, affectus, actionesq; turpes & in honestas inci-
tare possunt, ab epulis remouendos esse.

Alexander quoque Seuerus & re & nomine, Imperator Roma-
nus, teste Lampridio, nanos & nanas, moriones, histriones, mimos,
scurras, ioculatores, nugatores, areatalogos ex aula sua eiecit. De le-
ctionibus quoque cum apud Ethnicos, cum Christianos Primitiuos
Ecclesiæ inter cœnandum ystatis alibi copiosius est dictum. Illi
qui hoc legendi officio fungebantur, lectores & anagnosta fuerunt
dicti.

Legi autem à suis anagnostis Carolus Magnus sibi curabat non fa-
bulas quasdam & legendas vanas, aniles ac superstitiosas, non car-
mina aut scripta quedam amatoria, scurrilia & obscena, sed histo-
rias, ex quibus ceu optimis virtutum officiorumque omnium magi-
steris utilia & salutaria benè vivendi atq; regnandi præcepta haurire
poterat, & in primis Regum antiquorum alta & res gestas, quae illi
ad virtutis laudisque eorum imitationem documento esse poterant ac
in uitamento. Hinc Demetrius Phalereus Regem Proloemium ad-
monebat, ut cōscriptos de Regno Regūq; antiquorū rebus gestis libros
legeret, quoniam que amici dicere non auderent, ea in libris (qua li-
herè cū omnibus loquuntur) descripta continerentur. Nec verò Caro-
lus Mag. literarū historiarumq; prophatarū & humanarū tantū,
sed etiam sacrarum lectione pascebatur, præcipue autem monumen-
torum Sancti Augustini, ex quibus multa poterat pulcherrima & sa-
luberrima

laberrima, cùm religionis benè colenda Ecclesiæque reformandæ, tñm
Reipublica benè administrandæ præcepta institutaq; depromere: Au-
gustini certè patris Ecclesiæ primitiæ augustissimi præclara scripta
multis post canonicas, diuinæ & uauthenticas illas literas Pro-
pheticas & Apostolicas postremis his temporibus mentis oculos
aperuerunt, ad multos errores & abusus, qui paulatim in Ecclesiæ
irreperserant, cernendos ac intelligendos. Itaque dubium non est, quin
Carolus quoque M. assidua librorum Sancti Augustini lectione mul-
tos animaduercerit ac deprehenderit in Ecclesiæ ritus, ceremonias,
mores & consuetudines superstitiones, multos errores & opiniones pra-
uas, multa antistitium Ecclesiæ vitia regnare ac dominari, quæ corri-
gere & emendare per concilia quædam ab illo indicata conatus est, sed
propter temporum & morum, Episcoporumq; iniuriam conatus
eius egregijs euentus non omnino respondit. Forsan etiam pontificum
illius temporis, præsertim R. quibus plurimum ac nimium fortassis
tribuit, auctoritate, amore & prosopolepsia excæcatus, multos erro-
res & superstitiones, vel non vidit, vel si vidit, non ausus est cor-
rigere.

Quoniam autem ut Sanctus Augustinus inter antiquos illos Ec-
clesiæ primitiæ patres & scriptores principem facile videtur locum
obtinere, ita præ ceteris Augustini scriptis libri illi de Ciuitate Dei
varia & multiplici doctrina atq; eruditione pleni sine & referri: mi-
rum profecto non est, Carolum M. illorum potissimum librorum le-
ctione valde fuisse delectatum, præseric cum præceptor quoq; eius
Alcuinus doctrinæ scriptorumq; S. Augustini fuerit studiosissimus.

Nunc videamus, quo Henricus M. cœnandi more & consuetudi-
ne vtatur. Is cœna primum siue prandio cogitur propter infinitos oc-
cupationes, molestias atque pericula vti breui & celeri, & (cuius-
modi epulum nos equestre vulgo appellamus) vna quasi manu re-
nere cibum atque potum, altera tela atque arma, quibus se ad-
uersus hostium suorum vim ac impetum tueatur. Ante & post
Cœnam eius aeroamata sunt vota atque preces sacrae, quibus patri

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

atque pastori illi nostro communi atque cœlesti pro alimentis animi
atque corporis, pro quo omnibus eius bonis atque donis corporeis &
spiritualibus gratias agit, eiusque gratiam, opem, auxilium, tutelam,
qua maius se indigere nouit, quaq; etiam præcipue nititur atque
confidit, implorat. Hoc est exordium, hic est finis cena eius sanctus
& religiosus. Inter canandum vero, nec non cena & precibus pera-
ctis, iocis, salibus, dicti eris acutis & liberalibus se & amicos atque mi-
nistros suos oblectare consuevit. Prae ceteris autem libris atq; scriptis
potissimum omni tempore pascitur as delectatur, illo omnium libro-
rum atque scriptorum, quæ unquam fuerunt, & ad finem usque mun-
disutura sunt, principe ac primario (unde etiam natus εξ οχνής Βιβλία,
id est, libri appellantur) canonico, diuino, cœlesti, Prophetico & Apo-
stolico. Hic liber à sancti Spiritus liberalitate liberrimaq; voluntate
ac inspiratione profectus, est verè liber ab omni errore atque vicio,
& idcirco ad nos omni errore & superstitione liberandos, & in vera
religionis pietatisq; libertatem vindicandos apes per se est & idoneus.
Quemadmodum igitur olim Alexander ille Magnus Homeri Ilia-
da rei militaris viaticum appellauit, & Poëta illius scripta tanto in
precio habuit, ut sub puluino semper posita ad manum haberet, cum
dicere soleret, malle se disciplinis quam diuitijs excellere: ita Henr-
icus M. sacrum & salutare hoc & vitæ præsentis, quæ vitæ instar est,
& vitæ futuræ atq; cœlestis viaticum assidue circumferre, voluere at-
queri, luere, diurna nocturnaque manu, seu mente potius versare con-
suevit.

Diximus de cibo & potu, nunc videamus de somno, qui ad cibi po-
rusque concoctionem, & ad virium corporis & animi recreationem
veilis, immò necessarius est. Nam ut Poëta ille cecinit:

Quod caret alterna requie durabile non est.

Estate igitur Carolus M. post cibum meridianū (merendam veteres
appellarunt, qui lenis facilisq; erat cibus, quo veteres erant contenti
ad cenæ usque tempus) pomorum aliquid sumens, ac semel bi-
bens, depositis vestibus ac calceamentis, velut noctu solitus erat,
duabus

duabus aut tribus horis quiescebat. Sic Augustum quoque scribit Sue
tonius, post cibum meridianum, non ut Carolus M. depositis vestibus
& calceis, sed ita ut vestitus calceatusque erat, recedit (hoc est, reue-
latis & nudatis) pedibus, paululum conquiueisse, apposita ad oculos
manu. Et ut Carolus M. pomorum aliquid prius sumpsisse, ita Augu-
stus, teste Suetonio, pro potionē perfusum aqua frigida panem, aut
cucumeris frustum, aut lactucula thyrsum, aut recens aridumūe po-
mum succi vinosioris sumere est solitus. Quod ad somnum hunc diur-
num & meridianum Caroli M. post cibum accinet, videtur ille se-
cundum medicorum praecepta atq; regulam valetudini eius contrarius
fuisse & inimicus. De die dormire, inquit, Aicenna, malum est. Hinc
ille apud Plautum. Non bonus somnus est de prandio. Notus etiam
est ille medicorum versiculos: Sit brevis aut nullus tibi somnus me-
ridianus. Verum (cum nulla sit regula, ut vulgo dicitur, quæ non ha-
beat exceptionem) quoniam Carolus M. sèpè noctu vigilare solitus,
post cibum facilem & modicum, interieco forsitan aliquot horarum in-
teruallo, somnum hunc cepit, eique à multis annis assuevit (nam con-
suetudo est quasi altera natura) videtur ei non mulcetum obfuisse, vel
etiam profuisse potius. Quod autem pomorum, hoc est, fructuum ali-
quid prius sumpsisse dicitur, id vapores è stomacho in cerebrum ascen-
dentes, illudque lèdentes reprimendi, & concoctionis vel etiam somni
promouendi causa, illum fecisse est verisimile, ut hodie quoq; cænæ atq;
prandia plarunque pomorum atque fructuum parium recentium, par-
tim siccorum & conditorum (quæ bellaria appellantur) esu claudi
consueverunt.

Ut autem Carolus M. ita Henricus quoque, qui sèpè totas no-
ctes insomnes dicit, non ut ille discalceatus & nudus, sed vestitus at-
que adeò armatus interdiu nonnunquam non in lecto molli & delica-
to, sed quoq; in scanno duro, paululum requiescere corporis vires re-
ficiendi causa consuevit.

Noctu porrò Carolus M. sic dormiebat, ut somnum quater aut
quinquies non solum expurgescendo, sed etiam desurgendo interrum-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

peret. Augustum Suetonius refert non amplius quam VII. horas ad summum dormiuisse, ac ne eas quidem continuas, sed ut in illo temporis spacio ter aut quater expurgiceretur. Quod si interrumptum somnum recuperare non poterat (ut euenit) lectoribus aut fabulatoribus accessus resumebat, producebatq; vltra primam sàpè vigiliam. Nec in tenebris vigilauit unquam, nisi assistente aliquo. Vt ergo Imperator iuxta Homericum illud turpe duxit se quorum fidei tot populum salus commissa atq; concredita erat, solidam dormire noctem, hoc est totam noctem somno transfigere, ac non aliquam eius partem cogitationibus bonis & salutaribus impendere. Noctu Carolus M. in cubiculo cubans, capiti pugillares supponebat, ut si quid veile (ut fieri noctu solet, unde eufróvn vox à veteribus dicta) ei in mentem veniret, id statim posset adnotare, ne rursus è memoria laboretur.

Henrici M. mira & incredibilis ferè est vigilancia, cui 111. aut 1111. horas noctu dormiuisse satis est. Vigiliarum est patientissimus, ac sàpè media de nocte surgens, vigilias, excubias atque castrata obit, ac perlustrat, id quod Carolum M. quoque fecisse legimus. Nonnunquam etiam noctu surgens iter aliquod ex improviso, sicut tempus postulat, suscipit. Cum hostes, tum Regni & Reipub. salus omnem ferè ei somnum excutiunt, ita ut medici de eius valetudine sapè anxijs sint & solliciti, qui sciunt vigiliam immoderatam, & somnum nimis breuem corpora extenuandi magnam vim habere.

Carolus M. quum manè amiciretur & calcearetur interim non solum amicos admittebat, sed etiam litigantes audiebat, quem modum Vespasianum quoque Augustum tenuisse Suetonius scribit, qui ipse quoque dum sese amiciebat & calceabat, amicos admittere est solitus.

Ita Henricus quoque M. mane è somno excitatus, cum precibus & votis sacris, Psalmorum & sacrae scripture lectioni dat operam, tum amicos & consiliarios suos admittit, audit, consulit, consiliaque cum ollis communicat: singulis denique certa dat mandata, certa præscribit & imperat boni instar & industrij patris familiâs totius diei, quasi

quasi pensa atque munia, quæ obire & exequi debeant.

Vestitu (de quo nunc consequens est ut dicamus) Carolus M.
vsus est patrio, hoc est, Francico, qui parum à communi & plebeio abe-
rat, nisi quod diebus festis, & quando legatos audiebat ueste auro con-
texta, & gladio muleis gemmis ornato, vtebatur, cuius longa extat
apud Eginhartum descriptio. Peregrina vero indumenta, quam-
uis pulcherrima, respuebat, & uestitum patrium omnibus modis re-
ducere conabatur. Itaque cum Franci sagis Gallicis brevioribus præ-
ter morem antiquum vti cœpissent, uestium illarum usum prohibuit,
cum illas non totum operire corpus, maximaque ex parte nudum re-
linquere neque à pluviis, ventisq; defendere diceret. Aliud festuum
eiusdem factum quo in aulicis suis peregrinarum & exoricarum ve-
stium usum atque luxum, quod ab Auentino narratur, nolo h̄c si-
lentio præterire. Hyeme, ut est Germania mos uestissimus, Rhe-
none ex pellibus lupinis, ouillisq; erat indutus. Cumq; apud Forum
Iulium hybernans, videret Francos pelles exoticas, & vestimenta
peregrina à Venetis mercatoribus magno empitare: huncq; serica-
tum, illum gemmatum, alium armillatum, alium manuleatum &
cycladatum procedere, omnes vti uestiti erunt, secura venatum plu-
via imminente profici sci imperauit, uestibusq; bisce imbre corruptis,
spinis, dumetis atque fruticibus, dum feras insequebantur atque con-
sciebant, dilaceratis, & cruento oblitis atque contaminatis, domum
reversus, iusserit omnes mox secum in prætorium coire, atq; eodem ipso
habitu secum cœnare. Ob frigus tum omnibus ad focum confidenti-
bus, conuiuium ad multam noctem protraxit. Postridie ijsdem indu-
tos uestibus, cunctos apparere iubet. Tum ubi huiusmodi indumen-
ta, partim imbre, pluviis, sentibus dilacerata, cruento obliterata: partim
igne, rugis constricta, ac proinde rupta & discessa confexit, lupinas
pelles, quas, vestieri solet, aere siccarat, integras ostendit: stolidissi-
mi mortalium, inquit, quod vestimentum nunc vtilius, preciosiusq;
est? Merum ne drachma comparatum, an uestra, eot libris, atque
integro patrimonio coempta.

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

Hoc eodem modo Reges & Principes luxuriosum ac penè prodigiosum vestium peregrinarum usum si vellent (ut certè deberent) facillimè cobibere atque reprimere possent. Vestis, ut vulgo, & quidem rectè vereq; dicitur, indicat virum. Nam vestitus decorus, patruus, moderatus, frugalis humilitatis, modestia, constantia, grauitatis & sapientiae, contrà vestitus indecorus, inusitatus, exoticus, sumptuosus, & luxuriosus superbia, insolentia, prodigalitatis, luxuria, leuitatis, stulticie index est atque testis, atque ita habitus corporis, animi habitum vel bonum, vel malum & virtiosum arguit.

Quantum ad Henricum M. attinet vestitu ille viritur, atque gaudet patrio, vernaculo, frugali, decoro ac persona suæ conueniente, & quidem plarunque militari & bellico. Vester eius sunt arma, quibus semper ferè dies noctesq; esq; inducatur, quæque nunquam ferè deponit, in quibus sèpè pernoctauit, non in lectulo aliquo molli & delicato, sed in scandro aut quoquis alio loco duro, vel etiam humi requiescens. Tanta autem esq; hostium eius immanitas, ut non solùm Regiæ dignitatis insignia, sed etiam vestitum necessarium ei detrahere, atq; adeo vitam eripere conentur, quos Deus ab hoc suo proposito auertere, & ad iustum debit amq; erga hunc Regem, benevolentiam, obseruantiam & obedientiam conuertere atq; flectere velit. Vester quoq; eius splendidas vereq; regales verè quis dixerit esse virtutes præstantissimas, qui bus præditus esq; & ornatus.

De religionis Christianæ publica cura atq; studio suprà diuersu est: nunc de priuato eiusdem studio cultuq; pauca quædam, quæ ab Eginberto nostro commemorantur, adiiciamus. Ecclesiam igitur, ut ille inquit, Carolus M. mane & vesperi, nocturnis item horis, & sacrificijs tempore, quando eum valerudo permiserat, impigrè frequentabat. Vtinā hodie Principes & Magistratus nonnulli non selenus & nemora, (ibi vimirum venandi gratia) nec non sphæristeria, theatra, in quibus ludi & spectacula sèpè turpia eduntur, cauponas, popinas, item gurgustia atq; lupanaria sèpius & libentius quam templa frequentarent. Henricus contà M. Caroli M. hac quoq; in parte imitator: quoniam assidue

assiduè, libenter & alacriter (nisi magna sint impedimenta) Ecclesiæ, sive templa, hoc est, cœtus & conuentus sacros & Ecclesiasticos adit ac frequentat, illosq; fieri & agitari curat, in quibus sacra, hoc est, conciones, homiliae, sacramenta, vota, preces, Psalmodia, eleemosyna sacra (quæ quidem vera sunt noui Testamenti sacrificia) peraguntur ac celebrantur.

Præterea Carolus M. teste Eginbarto, legendi & psallendi disciplinam diligentissimè emendauit (fuit enim utriusque ac præcipue Musice valde amans & perius) quanquam ipse nec publicè legeret, nec nisi submissa voce & in commune cantaret. Sic Hencicus quoque Magnus lectionum, conciunum cantionumque sacerorum est studiissimus, qui etiam totum ferè illum Psalmorum Davidicorum librum sanctissimum (cuius lectione mirificè delectatur) memoria tenere dicitur. Non pudet etiam cum aut piget, sed iuvat maximè cum alibi, cum in publico & sacra cœtibus ut à cum alijs psallere, animi nimis frui in tot tantuque molestiarum tempestatibus consolandi recreandique causa: denique non legendi tantum atque psallendi, sed etiam sacra quaevia alia administrandi disciplinam in quibusdam oribus Christiani partibus admodum corruptam & depravatam secundum sacræ Scripturæ Canonem cupit corrigi & emendari.

Venio nunc ad extremum ritæ Caroli Magni, quasi adum laudabilissimum sanè & gloriössimum. Hæc pars complectitur extremam eius senectutem, Ludouici filij vocationem ad Regni societatem & inaugurationem, Caroli Magni morbum, mortem, sepulcrum, monstra atque prodigia, quæ mortis eius fuerunt præfigia, testamentum, canonizationem, filij eius successionem in Regno & Imperio.

Carolus igitur Magnus, cum iam & morbis aduersaque valeudine & senectute extrema, quæ ipsa per se morbus est, afflictus animaduerteret, se tot tantuque Imperij amplissimi oneribus sustinen-
dis non amplius parem esse, & ritæ buius finem appropinquare im-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

mō instare, filium suum Ludouicum Aquitanie Regem (qui Pius co-
gnominatus ei postea in Regno Imperio successit) ad se euoca-
rum, congregatis solenniter ex toto Regno Francorum primoribus,
eundorum consilio atque consensu consortem sibi eorius Regni & Im-
perialis nominis heredem constituit, impositoque capiti eius diade-
mata. (id quod Anno DCCCXII. factum est.) Imperatorem
& Augustum iussit appellari. Etsi igitur plerunque senes decrepiti,
& etate confecti desipere, delirare, & quasi repuerascere incipiunt,
iuxta dictum illud perulgatum, Bis pueri senes, nam Caroli Ma-
gni in summa senectute, summa sapientia, prudentia atque pietas in-
hoc eius facto clarissime cernitur. Hoc enim ille pacto pro pia sua pru-
dentia ac pietate una eademque opera & sibi ipsi, & filiis sui, & so-
rius Regni posse mortem suam salutis, dignitatique optimè consuluisse
cum & ipse laboribus alleuaretur, & filius Regni administratione
assuesceret, & populus cognita perspectiva que filii sapientia ac virtu-
tibus, tanto maiori animorum inclinatione in illum propenderet, &
denique futurorum contentionum atque dissidiorum causae & occasio-
nes praeciderentur. Vnde Eginhartus testatur, hoc Caroli Magni
factum & eius maiestatem auxisse, & exteris nationibus non mini-
mum terrorrem incusisse. Hinc igitur documentum capiant Reges ac
Principes, ut ante obitum suum liberorum, & heredum suorum to-
tiusque Regni saluti ac dignitati diligenter prospiciant & consultant,
denique omnem operam, ne posse illorum mortem motus, turbæ, dis-
fidia ac bella intestina consequantur, omnesq; contrà, quoad eius fieri
potest, futurarum turbarum, motuum, seditionum ac bellorum ince-
stinorum vias intercludant. Simile autem quid nostra etate & qui-
dem paucis ante annis in Regno Gallico occidisse nemo est qui igno-
rat. An non enim queso Henricus III. Rex Galliae non quidem se-
nior confectus, sed in maximo proper supplicium de hostibus nonnullis
suis potentissimis sumptum vita discrimine atque periculo consti-
gatus. Henricum Magnum tunc Navarræ tantum Regem (qui ei
posset)

postea in Regno Gallico successit) aduersus quem, quod est mirabilis, ante magnos exercitus miserat, bellumque gesserat, ex Aquitania ad Regni societatem, & ad se Regnumque eorum secum vntuendum & conseruandum euocauit? Cuius quidem ille voluntati auctoritatique (cum nulæ suspicione illum retinere ac remorari potuissent) statim paruit, & incredibili celeritate ad eum totique Regno succurrendum aduolauit. Deinde an non idem Rex, accepto more ifero illo vulneri, paulò ante obitum suum, cum sibi ex hac vita migrandum esse videret, coram Regni proceribus, optimatibus acq. Ducibus, Henricum Magnum iustum legitimumque suum in Regno Gallico heredem ac successorem, secundum perpetuam Regni legem ac consuetudinem declarauit, omnesque ad iustum debitamque eum Regi & Domino suo legitimo obseruantiam & obedientiam praestandam, grauissime esse adhortatus? Postremò Deus est orandus, ut huus ipsius Henrici Magni mentem Sancto suo Spiritu illuminare perget, ut ille non in præsensi tantum sed etiam in posterum hæredum suorum legitimorum, totiusque Regni utilitati atque saluti optimè propficiat, ac prudenter atque mature turbis & molestijs, quæ posse eius obitum (quem Deus pro infinita sua misericordia diuissimè auertere velit) exoriri & excitari possent, omnibus modis occurrat atque medeatur.

Porrò ne ad Carolum Magnum redeamus, dimisso in Aquitaniam filio, ipse more solito, quamquam senectute confectus, non longè à Regia Aquensi venatum proficitur, exaltoque in huiusmodi negotio, quod reliquum erat, autumni tempore, circa Calendas Novembres Aquis granum reuertitur.

Carolus itaque Magnus tanto venandi studio & amore flagravit, ut in extrema quoque senectute venationi (quam medici senibus noxiā valde esse indicant) operam dederit, ita ille erat ab otio alienus.

Ita Henricus M. tanto venandi studio ducitur, & tam ab otio

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,
ignauo abhorret, ut si quid minimum ei otij à grauiissimis suis occu-
pationibus conceditur, id venationi, quam ad corporis sanitatem, &
ad bellicam virtutem apprimè utilem fructuosamq; esse constat, im-
pendat.

Nunc de morbo Caroli M. et quæ illum statim fuit consecuta, mor-
te dicatur: nam morbus & mors, ut literarum sono apud Latinos,
ita re ipsa sunt coniunctæ.

Quum igitur Carolus M. Aquisgrani bytemasset, mense Ian. vali-
da febri correptus, decubuit, qui statim, ut in febribus (quibus 1111. an-
nis ante obitum crebrò laborauit) solebat, cibi sibi abstinentiam indi-
xit, arbitratus hac continentia morbum posse depelli, vel certè miti-
gari.

Piè profecto sapienterque tancus Imperator hac sua abstinentia,
(qua virtute excelluit) non corporis solù n, sed etiam animi sui san-
tati atque salutis consulere studuit. Nullum enim est corporis animi
que remedium præsentius, melius, efficacius & salutarius, quam so-
brietas, continentia atque temperantia in cibo atque pocu. Nihil con-
trà animi corporisq; sanitati magis est infestum & inimicum, quam
gula, ebrietas, crapula, hoc est, immoderata cibi potusq; ingurgitatio,
vndè verè ille dixit, plures gula, quam gladio interire. Hac eadem
virtute Henricus M. prædictus & excellens ad admirationem usque
& animi & corporis sui sanitatem opimè tueretur atque conseruat.

Verum cum Carolum M. Deus ex hac vita atque statione ad ses
& ad cœlestem æternamq; illam vitam sortemq; euocare vellet, ad fe-
brim accessit lateris dolor (quem morbum Græci à loco affecti, pleu-
ritis sue pleuritidem vocant, et membranae costas succingentes inflam-
mationem definiunt) illoque adhuc inediā rētingente, neque cor-
pus aliter, quam rarissimo potu sustentante, sepius postquam decu-
bit die, decepit. Hic silentio præteriri nequam aquam debet (quod ip-
sum clementia diuinæ illustre est documentum) quod ante paucos an-
nos Henricus M. quo tempore vndeique validissimis hostium copijs
cinctus oppugnabatur, eodem morbo, pleuritide nimirum, ex maximis
fudoribus

Judoribus & exercitijs contracto tam grauiter periculisq; laborauit,
ut ipsi medici tentatus & adhibitis omnibus remedijis, omnem ferè de-
cūs salutē spēm abiecerint. At Deus animi corporisq; ap̄xiatpoc, pro
immenſa ſua erga illum totumq; Regnum misericordia, medicam &
ſolatorem ei manum ſuam porrigenſ, breui illum præter omnem ſpēm
pristinæ ſue sanitati acq; viribus reſtituit, & ad Regis Regniq; de-
fensionem & ſalutem reſeruauit.

Tandem verò Carolus M. quaſi ſatur dierum, ſeptimo, poſtquam
pleuritide fuit correptus, die, anno etatū ſeptuageſimo ſecundo, Re-
gni quadrageſimo ſeptimo, Ianuarii quinto Cal. Feb. ides, XXVII.
die, hora tertia eius diei, anno imperij decimo quarto, Christi Saluato-
ris octingenteſimo decimoquarto, mundi conditi quatermilleſimo, ſe-
pe ingeſtio ſeptuageſimo ſexto, Indictione ſeptima vitā hanc mor-
talem cum immortali illa & æterna commutauit.

Oferuare hī: in tanti Imperatoris vita atq; obitu poſſumus nume-
ri Septenarij vim & naturam, qui non ſine cauſa in ſacris literis ſa-
cer & myſticus habetur. Nam poſtquam Deus perfecta abſolutaque
totius mundi fabrica, ſeptimo de num die requieuit, inde adeo fit (Deo
ſcilicet in numero, mensura & pondere, ut creauit, ita moderate &
administrate omnia) ut dies anniq; ſeptimi cùm in magno, tūm in
parvo (qui homo eſt) mundo ferè ſunt fatales, decretorij, mutatio-
num, atque perfectionum finis, auctores & indices. Notum eſt vel
mediocriter in medicina verſaciſ Hippocratis illud omnium medico-
rum antiquorum facile principis pronuntiatum & quaſi Axioma. Vi-
tam hominis ſeptem dierum eſſe. Nam primū coceptio certa ſeptem
dierum eſt, & ſeptima dies certa firmāq; eſt iam perfecta concep-
tio nota, ante quam diem, ne ſatus quidem neq; embrio putatur eſſe,
ſed ſemen. Deinde natos & in lucem editos infantes ſeptima probat
(qua primus Dauidi ex Bersabea natus infans extinctus eſt) quo-
nam plurimi eorum, qui vitales non ſun-, intra hebdomadā pereunt.
Unde octauo die Deus voluit infantes circumcidit. Sic in adulcis du-
ratio vitæ hominum ſine refectione ſeptem dierum eſt. Sic menſtruo-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,
vnam naturalium, fluxionis & purgationis eorum naturalis finis est
dies seprima.

Deniq; ut morborum ita etatis humanae certi sunt dies, quasi fatali-
les, & decretorij, qui climacterici Graecè, Latinè scalares dicuntur,
quod anni illi sint velut gradus quidam: & scala humanae vita, qui
quidem septenarijs & nouenarijs ferè definitur.

Ac morborum quidem ut alij sunt acuti, alij chroniciti, ita acuto-
rum quidem dies decretorij sunt impares, præcipue septenarij (unde
Carolus quoque Magnus pleuritido correptus, qui morbus est acu-
tus septimo post die extinctus est) chronicorum pares, vi vigesimi
sexagesimi, octogesimi, centesimi.

Etatis autem humanae anni decretorij & climacterici, sunt sca-
lares, qui per septennia & nouennia numerantur, præcipui sunt quad-
agesimus nonus, qui constat septem septennijs, et sexagesimus tertius,
qui constat nouem septennijs, et septuagesimus, qui constat decem se-
pennijs (quo anno Carolus Magnus diem suum obiit) & octogesimus
primus, qui constat nouem nouennijs. Hinc David: Vita hominis se-
puaginta anni, in potentibus octuaginta amplius labor & dolor,
quos eosdem vita fines Solonem statuisse Diogenes Laertius narrat.
Hæc de tempore (quod septenario ferè numero definitur) obitus Caro-
li M. tanti Imperatoris addere libuit, propterea quod observatione
videntur esse digna. Nos vero Deo ex animo supplicabimus, ut pro
sua misericordia Henrico M. vita ac valitudinib; diuturnam vsu-
ram largiatur, ut Regno huic suo, cui quidem ille natus & à Deo de-
stinarus est, quam ducissimè adhuc vivere, præesse atq; prodeesse, sta-
tumq; illius turbulentū componere & pacare, atq; ita tandem successo-
ribus suis illud pacatum, tranquillum florensq; relinquere possit.

Quemadmodum autem Carolus M. accepta communione, id est,
Eucharistia, decepsit, ita Henricus M. in magnis periculis, antequam
ad prælium, aut aliud negotium magni momenti aque periculi aggre-
diatur, Communionis, hoc est, Eucharistie seu Cœnae Dominica cele-
bratione & perceptione, nec non ieiunij, precibus, supplicationibus
denotis

debet ac religiosis prius cum suis vacare, atque ita se suosq; ad pericula & ad mortem quasi preparare ac præmunire consuevit.

Quantum ad Caroli Magni sepulturam & exequias attinet, corpus eius more solenni lotum & curatum, & maximo cotius populi planctu luctuque (qui quidem argumentum fuit amoris, charitatis & obseruantie erga illum) eo ipso die, quo mortuus est, Ecclesiae, hoc est, templo Aquitanensi magnificentissimo illatum & humatum est. Dubitatum quidem primò fuerat, ubi reponi deberet, propterea quod ipse viuus nihil de eo præcepisset. Sed tandem omnium amicos insedit, nusquam honestius eum iumulari posse, quam in illa ipsa Basilica, ab illo constracta. Hinc colligimus, Carolum Magnum non (qui superstitionis & ambitionis forum quorundam hominum mos est) vel de loco sepulchrali, vel de funeris & exequiarum magnificientia atque pompa anxium fuisse atque solicitum, unde etiam nihil his de rebus in vita sua præcepisse atque mandasse scribatur. Contrà hodie reperiuntur plurimi inter Christianos, qui de loco sepulturae nimis sunt solliciti, sibiq; superstitione quadam excœcati, personant, locum sepulchralem non parum conferre ad salutem, sepulchra item atque monumenta sumptuosissima curant edificari, & non contenti eo, quod in vita luxuria nimis fuerunt dediti, post mortem quoque in funeribus & exequijs suis immoderatam cupiunt adhiberi pomparam atque luxuriam, ac sumptus fieri profusos & insanos. Verum ut omnibus in rebus, ita hac quoque in re modus est tenendus, vitanda cum supersticio, cum luxuria, cum Cynicæ etiam & inhumana barbaraque funeris, exequiarum & sepulturae honestæ contemptio: denique personarum, moris atque consuetudinis patriæ diligens bac in parte est habenda ratio. Constantinum quoque Magnum funeris, exequiarum & sepulturae diligentem habuisse rationem, Eusebius & alij testantur.

Funeris porrò Caroli M decus & ornamenti maximū fuit luctus plancusq; ciuiū illius ceu patris patriæ optimi & fideliss. morte deplo-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

rantium. Nam Regum, Principum & Magistratum optimè de Re pub. meritorum obitus pernicioſi plerūq. periculosoſi q̄ esse solent, quos maxima plerūq. rerum & politicarum & Ecclesiasticarum mutatio atque perturbatio consequitur. Eiſi igitur Poëta ille funera sua noluit fletu decorari, tamen lugendi meritò, & fletu luctu q̄, mediocri tamen & moderato, decorandi sunt virorum præstantium & de Rebus publicis & Ecclesijs optimè meritorum obitus. Hic etiam monendi sunt Reges, Principes & Magistratus, ut ita se in vita atque muneris suo gerant, ut meritò obitus eorum huiusmodi hominum fletu planctuq. ornentur, non autem sint obitus eorum hominibus, idq̄ merito vel clam, vel etiam palam gaudio ac voluptati, immò ludibrio ac irrisu.

Magnum profectò Dei beneficium censeri debet funus & sepulcum tranquilla, pacata & honesta, tamen si legimus multorum etiam sanctissimorum & religiosissimorum hominum corpora hoc honore, hominum iniquitate & improbitate caruisse, insepulta iacuisse, tandemque auium & animalium aliorum præda fuisse exposita. Nos Deum rursus orabimus ex animo, & ab illo obnoxie petemus, ut Henrici M. postquam is confecto pie laudabiliter q̄ viua munera q̄, huius curriculo ad metam peruererit, id est, diem suum obierit, anima quidem eius angelorum, ut ita loquar, manibus cælo, corpus autem maiorum suorum monumentis atq; sepulchris inferatur.

Monumentum porrò in Caroli M. honorem super tumulum eius extructum fuit, arcus deauratus (qui quidem arcus triumphalis eius virtutum, rerum gestarum, meritorum de Repub. & Ecclesia præstan- tissimorum index fuit atq; testis) cum imagine atq; titulo seu inscrip- tione huiusmodi, breviter & summatum eius pietatem, virtutes, res gestas, annum Imperij, ætatis ac mortis complettante.

SVB HOC CONDITORIO SITVM EST COR-
PVS CAROLI MAGNI ATQVE ORTHODOXI
IMPERATORIS, QVI REGNVM FRANCORVM
NOBILITER AMPLIAVIT, ET PER ANNOS
XLVII.

XLVII. FOELICITER TENVIT. DECESSIT SE-
PTVAGENARIUS. ANNO DOMINI D. CCC. XLI.
INDICTIONE VII. V. CALEND. FEBRVARII.
Sic (ut taceam plurima alia exempla) Constantino M. Romæ in ca-
pite via Appia, ad Palatini montis radices arcus triumphalis (qui
hodie adhuc visitur) erctus fuit cum honorifica inscriptione.

Henricus M. propter excellentes virtutes & res gestas, dignus,
immò dignissimus est similibus trophyis, monumentis, titulis, honoris
ac dignitatis insignibus. Nam ut Carolus M. ita ipse quoq; verus
est Imperator, sibi & alijs bene sapienterq; imperans: vere Magnus
dici potest & debet, quòd non minus serè, quam ille fuit, magnus, im-
mò maximus est genere, virtutibus, rebus gestis, felicitate, hominum
internorum & extraneorum gratia, saurore & amore, laude deniq; fa-
ma atque gloria. His adde, quòd hic ipse Magni titulus ante annos
ferè C. C. L. etiam Ludouico illi primo Duci Borbonio, Paro & Ca-
merario Francie (qui Roberti Franci filius, Ludouici S. nepos, Regis
huius Henrici M. tritaii avus fuit) ob virtutum & rerum gestarum
magnitudinem tributus fuit, unde idem titulus gentilicio quoque &
bæreditario iure Regi huic merito tribuitur. Postremò vere orthodo-
xus appellandus & censendus, quoniam rectè vereq; fidei nimirum &
symbolo Apostolico, Scripturæ Canonicae, Propheticae & Apostolicæ
conuenienter de Religione sentit, & quòd si qua in re errat & hallu-
cinatur, Ecclesiæ secundum canonem Propheticum & Apostolicum
iudicantis & pronuntiantis iudicio lubens se subiicit, ac melius do-
ceri cupit.

Caroli porrò M. mortem (ut etiam olim Constantini M. mortem)
per tres ferè annos antegressa sunt portenta atq; prodigia multa ad-
miranda, immò stupenda, que partim eius mortis partim maxima-
rum turbarum, malorum, clodium, calamitatum, motuum, tumultuum,
atq; bellorum intestinorū, que eius morte consecuta sunt fuerunt præ-
sagia atq; præludia, prope quæ optimum Imperatorem de Repub. de
Ecclesia, de posteritate sua verisimile est valde fuisse pro pietate sua

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

solicitum, Constantini quoq; M. mortem multæ turbæ, minæ, tenebrae
consecuta sunt prodigijs similiter quibusdam atq; portentis à Deo
præsignificate. Nam ut ortus, ita obitus clarorum & illustrium ho-
minum cœl luminum signa plerūq; insignia, insolita & inusitata, vel
præcedere, vel comitari, vel consequi consueverunt, ut & antiqua his-
toria, & ipsa nostrorum temporum atq; æcatis historia testatur.

Creberrima iraq; illa Solis & Lunæ defæctio, illa atri coloris in
Sole septem dierū spacio visa macula, non modò illius (qui orbis Chris-
tiani quasi Sol atq; lumen clarissimum fuerat) extinctionem, sed e-
tiam Regni Francici, immò totius Ecclesiæ & Reipub. Christianæ
tetras cristesq; tenebras atq; caliginem, hoc est, defectiones, moros, tu-
multus, seditiones, bella incestina, sanguinaria, impia atq; nefaria, qua
eius nepotes & aduersus ipsum Ludouicum Pium filium & successo-
rem eius, ac patrem suum, & inter seipso cum maxima sanguinis pro-
fusione gesserunt: defellum item pietatis, religionis atque virtutum in
orbe Christiano, deniq; fædissimas ignominiae atq; dedecoris maculas,
qua cum eius generi atq; familiæ, cum toti Reipub. Christianæ fuerunt
aspersæ, apertissimè portenderunt ac præsignificarunt.

Deinde porticus illius, quam inter Basiliacam & Regiam operosa
mole magnoq; sumptu construxerat, ruina subita die festo Ascensionis
Christi, quid significavit aliud, quam ipsum, qui Ecclesia adhuc &
Reipub. quasi porticus atq; columna exciterat, ruiturum, hoc est, mo-
riturum esse, multorum item & hominum & adfisorum ruinam por-
tendit?

Item pontis illius sublicij super Rhenum propè Moguntiam, quam
per decē annos ingenti labore, maximo sumptu, mirabili opere ita con-
struxerat, ut perpetuò duraturus esse videretur, subita tribus horis
conflagratio, ita ut ne vestigium quidem eius remanseret, cui dubium
non modò illius, qui adhuc sui populi quasi pons, hoc est, Dux fi-
delis fuerat, mortem, sed etiam horrenda illa belli domestici & intesti-
ni, quod inter filium & nepotes exarsit, incendia præmonstrauerit.

Adbac fax illa ingens & terribilis, quam in ultima illa sua in-
Saxoniam

Saxoniam aduersus Godefridum Danorum Regem expeditione an-
te Solis ortum castra egressus viderat, equi illius casus, ipsiusq; ad cer-
ram grauis alliso, illas similiter bellorum intestinorum atque cumul-
tuum faces, casus atque ruinas grauiissimas & portentosas procul du-
bio præmonstrauit.

His adde crebros Palatiij Aquensis tremores, frequentes adiun-
cti, in quibus versabatur, crepitus, Basilicā Aquigranēsem (in qua postea
sepultus fuit) de cœlo fulmine ractā, maliq; aurei, quo tecti culmen or-
natum fuerat, fulminis iētu, dissipatioē: qua omnia tremores, pano-
res, armorum crepitus atque strepitus, fulmina, totiusq; Regni dissipā-
tionem horrendam præsignificarunt.

Pomum autem illud aureum (ut hoc obiter addam) quod Carolus
Magnus in Templi Aquisgranensis culmine collocari curauit, si-
gnum procul dubio fuit atque symbolum secundum antiquos biero-
gliphicū charitatis, pacis atque concordiae, cuius Carolus suis stu-
diosissimus, unde symbolum quoque eius fuit, VIRTVS VNITA
VALET. Hinc hodie quoque in Caroli Magni statua apud nos, ut
suprà dictum est, visetur pomum cum cruce inaurata, & illud ipsum
hodie quoque est Imperij symbolum (ab Electore seu Septemniro Pa-
latinō Imperatori præferri solitum) cuius quidem Imperij salus omnis
& incolumentas in pacis, concordiae charitatisq; studio consistit.

Illa postremo nominis eius (PRINCEPS CAROLVS) in imagine
eius corona synopide scripti, eo ipso, quo decepsit anno, paucis ante men-
ibus deletio miraculosa illum ex hoc mundo tollendum, & ad alterum
mundum verè mundum & ornatum, hoc est, ad cœlestem illam di-
gnitatem ac principatum eubendum esse significauit.

Huiusmodi verò figuris atque prodigijs eti Deus populos admo-
net de futuro Regum ac Principum obitu, ac de plurimis malis & in-
commodis, quæ ille secum trahit, & idcirco ad pénitentiam veram
seriamque inuitat & allicit: tamen ipsos simul Reges ac Princi-
pes monet atque docet, ut non nimium vita fragili, fluxa &

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

eaduca, eiusq; bonis atq; commodis nitantur atq; confidant, sed ad vi-
tam postius illam cœlestem & aeternam toto pectore aspirent & anhe-
lent, eius potissimum cupiditate atq; desiderio tangantur.

Deinde ædificiorum magnificientissimorum, sumptuosissimorum
& munitissimorum subitis ruinis ac conflagrationibus eisdem quo-
dammodo Deus exprobrat infanum ac inexplibile, quo pleriq; ducun-
tur, ædificandi studium, ab eo illos deterret & auocat, eosq; monet, in
ædificijs & subtractionibus splendidis, magnificis & munitis non ni-
mium ponendum esse spei atq; fiduciae, cum illæ longo tempore, maxi-
mis laboribus atque sumptibus extrudat, saepè vel vi tempestatum, vel
iniuria & imperio hominum vno momento corrunt a clabefallentur.

Venio ad eius. Testamentum, quo mentem ac voluntatem suam de
bonis suis testatus est, quid de illis fieri, quibusq; illa dari atq; distribui
debeant.

Testamentum hoc non iam morti vicinus, & animam iam iam
exhalaturus (ut sepe inter Christianos fieri consuevit) quando de bo-
nis æternis ac cœlestibus, & de salute animæ postius, quam de bonis &
fortunis corporeis & terrenis cogitandum & agendum est, sed illi.
ante obitum annis, mente ac sensibus integris & sanis condidie.

Testamentum autem hoc eius verè officiosum, pius ac religio-
sum fuit, pietatis charitatisq; eius testimonium luculentum, quo non
solum liberis et hæreditibus suis, verùm etiam Ecclesijs, Scholis, earum
que moderatoribus, pauperibus deniq; optimè consuluit.

Omnem etenim pecuniam, vestes, vas aurea & argentea, multam-
que preciosam suppellectilem tripliciter diuisim legavit. Duas partes
vni & viginti ciuitatibus metropolitanis Regni, ac earum Episcopis
dari iubet, ut illis partim in templis sariis ecclesiis tuendis ac reficien-
dis, partim in pauperum inopia subleuanda veterentur. Tertiam ve-
rò partem, habita vniuersitatisq; ratione, cum filijs, filiabus, nepotibus,
ac neptibus, iùn Palatijs seruis & ancillis reliquit.

Erant inter cœteros thesauros tres argenteæ mensæ, ac una aurea
eximia magnitudinis. Harum trium unam, quæ Constantinop. urbis
imaginem

imaginem referebat, ad ornandum celerrimum beati Petri Templo Romam misit. Aliam, in qua forma orbis Romæ affabre eleganterque sculpta erat, Ruenati basilicæ dono dedit. Terciam vero, quæ totius orbis descriptionem continebat, quæ ceteris & operis pulchritudine, & ponderis gravitate muliū præstiterit, & illam auream, partim propteribus, parem filijs suis reliquit.

Testamentum igitur hoc, primò est testimonium & argumentum singularis eius & prudentia & charitatis erga liberos & hæredes suos, quibus omnem, quæ post obitum eius existere possent. (ut plerumque fieri solet) litium, contentionum atque turbarum ansam praecidere voluit, quæ causa in ipso Testamento, ut ab Eginharto descripsum est, ab initio his verbis exprimitur. Ut hæredes sui omni ambiguitate remota, quid ad se pertinere deberet, liquido cognoscerent, & sine lite atque contentione sua inter se competenti partitione dividere possent. Hac eius fuit voluntas atque propositum in condendo hoc Testamento. Hoc exemplum sequi debent omnes parentes atque viri pii & prudentes. Hinc Constantinus ille M. patrem familiæ voluit habere herciscundæ familiae sue arbitrium ac potestatē, cum eam ad fratrum consanguineorum aliorumque hæredum concordiam tuendam pertinere existimaret.

Papinianus quoque iureconsultus suæ etatis clarissimus, laudat eos testatores, qui ut discordijs propinquorum sedandis proficiant, quos communio conciliare solet, bona ipsi sua, quæ ijs relinquunt, diuidunt. Hac igitur ipsa de causa Caroli quoque M. pro pietate & prudenter sua hanc Testamento bonorum suorum divisionem fecit, ut hæredum suorum concordia consuleret, omnemque ijs litium, contentionum ac discordiarum occasionem adimereet.

Deinde idem hoc illius Testamentum testimonium fuit atque documentum egregiae illius cum erga Ecclesiam eiusque antistites, cum erga pauperes & inopes, ac proinde erga Deum ipsum, erga Christum de iudeo christiano charitatis flagrantissime. Verè ergo officiosum, pium ac religiosum fuit hoc eius testamentum, quo maiorem profectō Ecclesiae,

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

& pauperum, quam liberorum atque heredum suorum rationem habuit: & idcirco Ecclesia atq[ue] pauperibus maiorem quoq[ue] bonorum suorum partem legavit. Laudanda merito & perpetuo praedicanda est bec Caroli M. erga Ecclesiam eiusq[ue] præstides, nec non pauperes liberalitas, quam utimam multi Reges, principes & magistratus imitantur. Hac in parte Carolus M. non modo antiquos illos veteris Testamenti Reges pios, verum etiam noui Testamenti & Ecclesie primitiæ Reges & Imperatores Christianos imitatus est, qui & ipsi Deo, Christo, Ecclesiæ, hoc est Ecclesiæ ministris atq[ue] pastoribus, & pauperibus multa & viui & post mortem donarunt, legarunt, reliquerunt bona, & alijs donata atq[ue] legata fidelissime tutati sunt, ac magnopere cauerunt, ne illa rursus iis, quibus data fuerunt, adimerentur, & in alios usus transferrentur, alijs denique donandi atque legandi bona potestatem fecerunt.

Ex hac Constantini Magni laudabilis constitutio ad populum, cuius hæc sunt verba: Habeat unusquisque licentiam sanctissimo venerabilij Concilio, id est collegio sue universitati sue corpori Ecclesiæ, decedens, honorum quod optauerit, relinquere, & non sint cassa iudicia eius. Hac lege Constantinus ille Magnus sanxit, hereditates & legata Ecclesijs relinquiri posse. Hæc autem, quæ collegio ministrorum & presbyterorum Ecclesiæ, quasi corpori donati & legari consueverant, ea non solum Ecclesiæ, sed etiam ipsi Deo, Christo donari & legari dicebantur. Ethnici quoque falsis suis sacerdotibus, & illarum collegijs hereditates & legata relinquere consueverunt. Huiusmodi Testamenti in iure fit mentio: cuius hæc sunt verba: Quisquis mihi heres erit, fidei eius committo, ut det ex reditu bonorum meorum, sacerdotij & iepocboloic & libertis, qui in illo templo erunt, donaria decem die nundinarum. Legatorum, quæ Deo relinquuntur, meminit Paulus Iuris consul. Et in nonnullis Vlpiani fragmentis legitur: Senatus consulto principumque constitutionibus, nescio quos olim deos commentarios, institui heredes posuisse. Multò igitur iustiore de causa huius-

Si huiusmodi legata Ecclesia, quasi ipsi Deo, & Christo legata, laudi debent.

Iustinianus in quadam sua nouella constitutione, quorundam testamentorum meminit, qui Christum instituebant heredem, & interpretatur Ecclesiam eius loci, in qua testator degebat, heredem institutam videri, ea tamen lege, ut totum illud, quod inde consequitur, pauperibus eroges.

Verissimè autem ac optimo iure huiusmodi dona atque legata, ad Ecclesiae Dei & Christi, seu veri Dei hominumq; mediatoris, cultum atq; religionem tuendam, ad Ecclesiae Dei & Christi Deayθpώπις ministros, successores, seu vicarios (quibus annumerādi merito sunt pauperes & inopes) alendos ac suendos; ipsi Ecclesiae, ipsi Deo, ipsi Christo, vero Deo & homini data, donata, legata, dedicata & consecrata censentur, idq; ipsius Dei, Christi Immanuelis, Ecclesiae denique testimonio iudicio atque sententia. Hinc colligitur huiusmodi bona atque dona sacra, diuina & Ecclesiastica non ad prophanos usus, sed ad religionis cultusq; diuini conseruationem, ad ministerium Ecclesiae & Scholæ, ad pauperum sustentationem conferri debere.

Etsi verò hereditates & legata legibus & constitutionibus, addexēplo Constantini M. primi Imperatoris Christiani, nec non lege diuina & humana Ecclesijs relinqui possunt & debent: tamen statim post Constantini Magni tempora extiterunt sacerdotes & monachi auariti, astuti & callidi, qui religionis prætextu, cum ventri potius suo, quam Ecclesiae consulerent, viduas (ut ille ait) auaras venabantur, hereditates capitabant, & in Testamentum veluti irreperere fludebant. Quamobrem legata huiusmodi captatoribus & venatoribus testamentorum ac legatorum frænum fuit inieclum. Huius legis Hieronymus quoque meminit in sua ad Nepotianum Epistola, nec tam de ea conqueri se ait, quam dolere Ecclesiarum pastores illam auaritia sua insatiabili esse meritos, cui reprimenda illam necessariam fuisse conficitur. Hac videtur esse illa lex, quæ libro X. v. 1. Codicus Theodosiani extat, Valens

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

tiniani Valentis, & Gratiani ad Damasum Episcopum Rg. Edidere etiam aliam deinde legem Valentianus, Theodosius 11. & Arcadius. Ne vidue diaconissæ quicquā possent Clericus dare, relinquerentur. Hanc tamen 11. post mensibus resciderunt & abrogarunt.

Sæpè postea hæc clericorum & Ecclesiæ præsidum auaritia legibus fuit coercenda, Et certè extat Carol. M. lex, ne arripiantur, religionis nomine, ab ijs oblatas, quorum liberi & heredes hac ratione fraudati, ealem meritò dicere possent donationem in officiosam. Et eodem tempore Synodus Cabilonensis, Caroli M. auspicijs coacta, graviter reprehendit sacerdotes, qui multis callide persuadebant, ut suas Ecclesiæ consecrarent facultates. Scitum est illud Augustini, decima septima quæst. C. vlt. Quicunq; rulse ex heredato filio Ecclesiam heredem facere, querat alterum qui suscipiat, quam Augustinum: ubi etiam laudatnr eius Episcopifacatum, qui testatori cuidam, à quo liberos non habente, bona sua Ecclesiæ reliqua fuerunt, postquam liberos præter spem & opinionem suscepérat, omnia restituerat. Hodie quoq; multi religionis specie & similitudine, reuera autem partim errorum & superstitionum, partim diuiniarum insatiabili inexplicabilq; cupiditate incensi ac inflammati, multos ad inofficiose testamenta & legata incitant & impellunt.

Porrò in Testamento Caroli M. & Capellæ, id est ministerij Ecclesiastici & Bibliothecæ eius, quæ librorum copia dicitur fuisse instruenda, si mentio, de qua statuit, ut ab ijs, qui libros illos habere vellent, iusto pretio redimerentur, premium deinde in pauperes erogaretur.

Hic rursus 2. in Carolo M. notanda obseruatione & imitatione digna, nempe Bibliotheca copiosa, sive librorum copia, & benignitas erga pauperes.

Quantum ad Bibliothecam attinet, constat omnibus temporibus Reges & Principes potenterissimos quosq; Bibliothecarum & publicarum & priuatarum studiosissimos fuisse. Romæ Bibliotheca templis erant adiunctæ, quo significabant ethnici, religionē sine libris conseruari non posse, et ardissimam esse religionis atq; eruditionis coniunctionem.

Eionem. Roma in suo Capitolio habebat Bibliothecam Maiorum: sic enim appellabatur. Augustus propè templum Apollinis extruxit Bibliothecam Græcam & Latinam. Templum Traiani suam habebat Ulpianam, libris optimis refertam. Domicianus cum templum Iouis Capitolini instaurasset, Bibliothecas simul incendio absuntas, maximi impensis reparauit, exemplaribus vndiq; conquisitis, missisq; Alexandriam librarijs, qui describerent atq; emendarent. Tranquillo teste. Smyrnenses, teste Strabone, Homeris templo Bibliothecam adiunxerunt.

Apud Iudeos olim Regibus Bibliotheca et librorum sacrorum cura à Deo fuerat commendata. Celebris fuit in Iudea Bibliotheca Hierosolymitana, quam, teste Eusebio, Alexander Episcopus Hierosolymitanus Ecclesia adiunxerat. Item Casariensis, cura & studio, ut idē Eusebius refert, Pamphili martyris collecta. Ptolomai quoq; Philadelphi Regis Aegypti, in Alexandrina Bibliotheca adornanda, opera atque studium valde laudatur, qui etiā sacra Biblia singulari Dei consilio & beneficio conquiri, & in linguam suam transferri curauit: Reges quoq; Attalici Pergami egregiam Bibliothecam instituerunt. Haec fuerunt etiam Reges & principes suos bibliothecarios, et quidem magno babuerunt in precio & honore, quorum opera in Bibliothecis ordinandis, instituendis, digerendis, augendis et locupletandis usi fuerunt, ut Augustus Caium Melissum (ut hodie illustrissimus Elector Palatinus Paulum Melissum Poëtam nostræ etatis nobilissimum & doctissimum) Julius Caesar Marcum Varronem, cui vni viuentis statua in Bibliotheca fuit posita. Constantinus M. Eusebiū, Ptolomaeus Philadelphus Demetrium Phalerium. Franciscus I. Rex Galliarum patrum pater & patronus optimus in Bibliotheca illa Fontanis belaquei instituenda, augenda & ornanda, maximos sumptus fecit. Speramus Henricum M. Regum & Imperatorum clarissimorum, & impensis predecessorum maiorumq; snorum exemplo laudabilissimo, ubi maiori erit facultas atq; oculum, in Bibliothecis sui Reg. i copiosissimi & instructissimi non solum cuendis, sed etiam angendis, & locu-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO,

plerandum nulli opera, studio atq; impensis parciturū, cūm literarum ac literatorum (quorum hæc sunt arma atque organa) amore atq; stu dio maioribus ac prædecessoribus nibilo sit inferior, minimeq; cedat.

Hoc porrò Testamentum paternum Ludouicus Pius cognomine eius filius, hæres atque successor in Regno Francico & Germanico statim posse patris obitum, initio Regni sui, pro singulari sua pietate quam celerrimè poterat, ut Eginharcus scribit, summa deuotione, & ut Auentinus loquitur, Germanica fide adimpleri curauit, bona soluit, sororibus quoq; legata seu testata representauit. Id Rex & Imperator ille fecit consentaneè ac congruentes iuri legi q; naturali, diuinæ & humanæ. Hinc in lege illa XII tabularum Romana scriptum erat: Vti quisq; legasset, ita ius esto, & Cicero in publicis altis: nihil est lege grauius, in priuatis firmissimum es^t testamentum.

Extat etiam Constantini M. Constitutio supremæ voluntatis liberum stilum esse debere et licitum, quod iterū nō redit, arbitrarium.

Hac de causa Veneti in primis laudandi, qui in testamentis sarcinæ testis tuendis, valde sunt religiosi, & idcirco certum instituerunt magistratum supremæ dignitatis, qui D. Marci procuratores appellantur, qui Duces, ubi Princeps ipse diem suum obiit, declarare solent. Horum munus es^t præcipuum, ut nimis testamenta summa fide tueantur ac colant, & ea quæ illis continentur, executi carent. Horum fides tantum breui eluxit, ut etiam apud exteris gentes plerique viri principes & fæminæ eos tutores suos esse voluerint, ut testis est Egrius lib. 6. Cap. 6. cuius munus es^t dare operam, ut testamenta non rumpantur, aut violentur, sed inviolata conseruentur.

Vt igitur Ludouicus Pius proprietate sua paternæ huic postremæ voluntati paruit, & obsecutus es^t, ei citra motam & tergiuersationem ullam plenè cumulateque sati fecit: ita omnes liberos decet parentum suorum cūm viuorum, cūm mortuorum voluntati, ac præser-
tim illi ultimæ & supremæ pīe religioseq; obtemperare, quod nisi fece-
rint in grauissimam Dei offenditionem, iram atque furorem incurrente.
Quemadmodum autem landabilis fuit Ludouici Pij in testamento &
volunta-

Voluntate paterna seruanda & implenda pietas, ita detestabilis & inexplorabilis est eorum liberorum impietas atque scelus, qui testamento et supremas parentum suorum voluntates negligunt, rumpunt, rescindunt, violent atque ita suorum parentum quasi manibus immensis insultant.

Quantum ad Henricum Magnum attinet, nos primò Deum pretabimur, ut illi quoque Testamentum pium, officiosum & religiosum condendi facultatem imperiat, quo quidem partim haredum & successorum suorum legitimorum, partim totius Regni Gallici & Narreni saluti, in columitati atque dignitati optimè sit consulum. Deinde quemadmodum Ludovicus Pius patris sui Testamentum ac voluntatem supremam sancte religiose seruauit & impluit; ita quoque Henricus Magnus cum agnati, affini et predecessoris sui (quem non solum ut fratrem amauit, sed veluti patrem suum coluit & obseruauit constanter) supremam voluntatem adimplere & exequi sedulo studet, quod aeterno eius quotidiana satis certantur, cum quorumvis aliorum testamenta ac voluntates ultimas rationi, iuri diuino & humano corespondentes & vult & curat studiose religiose seruari, minimeque negligi ac violari.

Quod ad Caroli M. Canonizationem, ut vulgo appellatur, attinet, de illa Auentin sic scribit. An. Christi Seruatoris nostri M.C.LXVI. Indictione XIIII. Imper. Friderico primo Cas, Augusto imperante Carolus M. in numerum cœlitum relatus est. Morem ritumque gentilium imperatores in diuos referendi (qui Graecè dicitur id est, Deificatio, Latinè Consecratio appellatur) graphicè copioseque describit Herodianus, qui mos ad Christianos promanauit. De hac autem canonizandi, siue homines in diuorum numerum referendi consuetudine que ipsius Caroli Magni fuerit sententia atque iudicium, ex illius verbis, que hic subiungam, liquido constat. Illa autem de prompta sunt ex libri primi capite tertio, operis eius conscripti aduersus Iconolatriam, hoc est, imaginum cultum, quo Irenem & Constanti-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO

tinum Imperatorē grauiter culpat, quod gesta siue scripta sua diualia nuncupant, & pluribus docet diuī nō nisi Deo aut iis, qui falso dīj existimantur, tribui. Verba eius animaduersione dignissima hæc sunt: Mundanarum quarundam artium inuentores & verbium conditores, vel sc̄pera imperialia retinente, post mortē, in deos crede bantur transferri, et diuī vocabaniur, & simulachra illorū dīj nuncupabantur. Mendax nomē diuale nō immorid est, q̄ peccatores pro suis meritis æternis supplicijs mancipatos diuinitatē astruere niciuntur esse adeptos. Cesset igitur, cesset falsi nominis ambitio, desistatur antiqui erroris vestigium, fatecat cœcæ superstitionis vocabulum, abdiceatur procacis nominis supercilium, pellatur à fidelibus in diuos transferendorum hominum gentile mendacium. Iam veritas de terra orta est, iam ortus est fidelibus sol iustitia: iam qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, iam habitantibus in regione umbræ, mortis lux orta est. Omnia falsa, veritate veniente cassata sunt. Nam si falsorū deorū gentilis opinio falsa est, post mortem in diuos transferendorum hominum fabula falsa est, diuinalis nominis nuncupatio vana est. Si igitur falsorum deorum gentilis opinio falsa est, diuales quoq; nominis appellatio vana est. Lquid ergo patet, rem falsam falsum nomen habere, & falso nomine eos, qui veritatis discipuli sunt, nuncupari non debere. Nam et si qui forte catholici defunctos quoque diuæ memoria nuncupasse & sp̄iam reperiantur, manifestum est, eos & sum fuisse securos gentilitatis, & vanitatis. Sed hæc & his similia Romana possumus ambitio, quam Apostolica admisit traditio. Nos deniq; qui & veritatis sectatores, & ab ipsa veritate redempti sumus, sicut sp̄reimus gentilium deorum mendacium, sp̄nere debemus gentilia vocabula, Apostolo docente, qui ait: Quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? A qua conuentione, ipso annuente, liberemur, qui nos erepeos de tenebris & umbra mortis, transflit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redempcionem in remissionem peccatorum.

Ex his

*Ex his igitur verbis luce meridiana clarius appetet, Carolum M.
hunc homines defunctos in diuorum numerum referendi morem cui
gentilitium sive ethnicum & idololatricum improbasse.*

Nos Deum precabimur, ut Henricum M. post longam, diuturnam & felicem vitam ex Regno hoc terreno, caduco, fragili, quod innumeris expofitum est molestijs atq; periculis, in Regnum illud cœleste & aeternū, omnis mali, miseriæq; expers, omniq; bonorum generis cumulatum, & ex hac mundi hominumq; colluise tandem euocatum, in calitum, hoc est, Dei, angelorum, hominumq; electorum cœtum cœlestem transferat, ut vna cum illis aeterna, incomprehensibili & ineffabili illa voluptate ac beatitudine fruatur, ad quam, ut illo, sic nos quoq; coto peccatore anhelare semper & aspirare debemus.

Sequitur postremum nostri huiusc tractatus caput, nempe Caroli M successor. Is fuit Ludovicus Pius cognomento, legitimus eius ex Hyldegarde secunda uxore filius, iam antea, eo adhuc viuo, cum sua, tum Procerum Regni voce vnanimi atq; consensu iustus legitimusq; eius in Regno successor declaratus, & Augustus ac Imperator salutatus. Optima, inquit Cicero, hereditas à patribus traditur, omniq; patrimonio præstantior, gloria virtutis rerumq; gestarum. Sic Ludovicus Pius cognomine patris suo glorioſissimo successit, non ſolùm in Regni, in pecunia, in honorum, sed etiam laudis atq; gloria patrimonio, quod omni auro, argento, gemmis, theſauris atque gazzis longè præstat.

Nos Deum affiduè precari debemus, ut Henricus quoq; M. post obitum, seu abitum atq; migrationem ex hoc terreno & corporeo Regno, ad Regnum illud cœleste & aeternum, post se relinquit aut filium, aut alium successorem in hoc Regno Gallico & Narrense ſuī ſimilem, hoc est, & nomine & re ipsa Pium, cui Reipub. Regni, Ecclesiæ, patriæq; totius ſalutis ac dignitas cum ſit atq; cordi.

Hæc habui, quæ de clarissimorum horum Regum & Imperatorum comparatione hoc tempore pro tenui mea facultate dicerem ac scriberem, quæ oro quæſoq; quos suis lectores, ut pro singulari ſua bu-

CAROL. M. REDIVIVVS IN CHRISTO.

manitate æqui boni quam consulere, & bonam in partem, ut bono animo à
me sunt scripta, interpretari velint.

Deum precabimur, ut quemadmodum olim Carolum illum M.
ad summam eius senectutem, atque adeò ad extremum usque vita spiritu-
tum, gratia & benignitatis sua aura est prosecutus, illumque ex in-
numeris periculis extraxit, & saluum in columemque conseruauit: ita
quoque hunc eius agnatum ac successorem (quem similiter ab ineunte e-
tate ex insuritis periculis mirifice eripuit, & in vita contra plurimo-
rum ac potentissimorum hostium suorum vim, imperius, consilia, con-
cursus, insidias atque technas conseruauit) in gurgite adhuc periculorum
versantem diuino angelicoque, suo facillitio atque præsidio in posterum
quoque protegat, tueatur ac defendat.

Postremò quemadmodum Carolus M. vna cum suis & maioribus
ac prædecessoribus, & posteris ac successoribus cùm vniuersam Rem-
pub. Christianam (cui tunc temporis plerique orbis terrarum & Ori-
entalis & Occidentalis Reges atque Imperatores infensissimi ac infe-
ssiissimi fuerant) cùm speciatim nostram Heluetiam, ac præcipue Ti-
gurinam hanc nostram ciuitatem atque Ecclesiam incredibili cura,
amore, studio, benevolentia, beneficentia seu munificentia potius est
prosecutus (cuius vestigia in ciuitate & Ecclesia nostra habemus ad
omnem memoriam clara & illustria) ita quoque faxit Deus Opt. Max.
ut Henricus quoque M. Rex Gallie atque Navarræ Christianissimus
& augustissimus, Caroli M. agnatus, gentilis, successor, heres ac imi-
tator in pio, beneuolo, benigno & clementi boe suo cùm erga totam
Heluetiam, Rhetiam, Valesiamque, tum erga Rempub. & Ecclesiam
nostram Tigurinam animo (quem non literis tantum & verbis, sed e-
stiam re ipsa atque factis multifariam declarauit) perseverare,

& vniuersam nostram patriam fidei clementiaque sua
commendatam semper habere dignetur,

Amen, Amen, Amen, &c.

P I N I S.

VIncere posse hostes, haud parua est gloria Re-
gis:
At se posse ipsum vincere, maior ea est.



TIGVRI

APVD IOANNEM VVOLPHIVM TYPIS
FROSCH. ANNO M.D. XCIL.

OCN 61556151

Слово о полку Игореве



Слово о полку

Игореве

Wasser leppen. Doe sprach vnde he
in hale dinc man. Dat is beketens
indiget mit zu grude. Dat du ob
de vil inde als lange bis gedeist. as
ley unde wassere net gedroncke en
nogin le du werde. Und vnde even
lic. Dat singt vnde schre. na de
re der gebraucht na deine gelas
ste. Ich des les unde bawes vndou
tic dinne smlinger. vs von keide.
er gesunde haus vnor deligen. Dan
z zu nur wider. vmbre. vñlich vñl.
hes spricht och diung de blie pro
nu in deine vierde capitell. inde he
h. da van dir inde spricht. Ich sin
dich mitte vser veldin vngangt.
gebedt. Dat du wie volz harn ge
reber stan vndulce rotun. Von vñl
van engadd. Inde spricht vñgut
m her an den vngart gelachte
vin in vnde gegruun. inde em
epne zun gemrichte. inde vñ
khwit. inde des leyne dungs ge
her die spreges. in deine volke
ille. inde hie nighs an dat ende
du bide mit al zu bitter vndur.
vzacht bittet vro in suren han
prid hale mie vñle de erden in dat

vercentz. otige vnd dure. dat sulce deine nu
alle lachen vnde oþu vnldeliche runde vñ gari
en machet. Regelt s̄ omis. si sunt alle er vult
mie deine heilige geule. vñe nach da deine
zu mead bin. des herze vñ sele. inde grunt vñ
pendich mid handelich. e. zu male dure nu
cref mid genadelos innemlos is bleie. Ind
des vnsprechlichen ouertheilige croftis. nu so
im vñs primum dat vñs zo dyn. s̄. Dat vñ
zelin ouertheidigen her liggen ger se mogen
misten. Oie neide mid vñ alle hore bereidu
ge. in zu empfen. Ver mose her schuer madie
mid wörke in de. o. her moses der star schier berei
din zu eine schuer mid moses sich schuer och mit
gahn in de. o. Dat is nib lsm vndert mit deine
dat her de. o. berende sich schuer zu ontfare. Der
heilige geist hatc zwei volke mit deine dat her
vñ. o. bereidt. dat erne is dat her seide. Dat
ander is dat hi vult. dat ydel. o. vñl mid. as
vil. as her uel cont. Della ydelkeit is dey urst
mid der crofta berendiget. den heiligen geist
zu empfen. Want rechte as vñ. mid. as vil
as der. o. geudele is. o. vñl in as vil. me is heyl
mefendig. Want sal man ern vñs vullen
o mons zu. ist de nat dame. noas. sal vñm din
o mose dat mässer vs. Behnt? Ibe mareu
liche dinc. in mogen next in emre stat
ein sal vñr. n. vñsler. mois vñ node vñ.

note die creaturen van. **T**e moore van noot elijc da
ne datt in die is ind en genomen is. **P**u more
der diuerliche veliche sele in alle wijn af sel
moes sich der o. sich lassen vantge inde vde m
bereeden. **I**n al laten. inde des selue l. sens ale
gste ind alzu male v. gaten. inde lassen in tanae
ind dan alle teme neie en halden. **D**an valen
in sin luter weit. **A**ue sicher heij verdoner in
beriet den heilige geest in one zu werkem
der horst wachten. **E**n deswij in wile nemma
lo wane dese beredinge in de. **G**eschucht een
alzu hant. **D**o wort et der heilige geest. **D**at
ander werk in de beret. **O**. **H**er vult alcumia
le. **A**lle die ontendicheit. **T**a. **A**ue du walm
ter waert gedelt bilt. **D**o incles vli oich
vli. **A**ls dus ian. **I**la vil gerns me. engere in
nen. **G**fure merjnige. engene wille. **J**adias sou
des du as lo gau sim vige gange. **R**onde dat he
melichte vnu die offen dun in sdans ner vli
len dun gahn. **D**u in folces zielb war nemmen
ane id got also vandu hauen wolle. **In** eac
loco. **I**t is allerne die stat nu er dat die he
lige geest wirt gegeue ind erdiel alzu male.
Quch dat der o. vnu sich in vngeschichtelic ind
in so anchet ind in waechet sime naturē wod
smeer weder. **N**o. **H**er teme mer. **C**den on kan
in vnde selue. **T**al her sich lins selue piele.

donec
out borgs. ane teme
geme. dat ie era sonck
nemt der ouerhant. **I**n. **T**an uader
It. **S**att hor dan neut in
herme gehorte inde in
me na. **G**efangen. **E**n
le nb sede vrapunt. **E**n
vil gedenum has. **D**at heij vnu
af niet grofscher en in de arduz
newieken op emboden. **A**ndome v
me du na bio gegern. **G**emus en
alle de temde bulte. **A**ndome v
die dat du zu mar. **A**ndome v
tu dich der vnkunst. **A**ndome v
Iude ich vndig antdew. **A**ndome v
uende weiss. **V**an. **T**an
de fe tu de. **V**an. **D**o. **E**n
ea. **Q**ual. **M**an dacht. **C**oncert
haloide. **F**reude. **A**ndome v
sel vda. **M**an macte. **R**emule. **G**om
Meu. **S**an. **M**an macho ip
Nog. **C**oncert. **T**ra. **R**est
en vp teme puzze. **A**ndome v
b. **I**n iset den dirst eu. **S**an
Nader. **D**int. **D**artci. **G**o. **I**n d
al ch wante. **P**in hies du dat
dat ic dat het ich die gegeue. **O**c

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

epis. à gallo & confundit

concupiscentia & concupiscentia

concupiscentia & concupiscentia